 ta casula scurrilitates suas exercēdo. **Cō**messationes
 sollicitant inq̄rentes a pretereuntibus vbi propinat
 hodie melius vinū. **Bene** talib⁹ videt dixisse prophe-
 ta. **Inimici** dñi mēriti sūt eiz erit tps̄ eoz ī secl̄a **In-**
de ergo venit q̄ mltis amara apparet dulce ⁊ turpis-
 simum pulcherrimū **De** quibus **Aug.** ait. **Quisq̄** a-
 mat ranā / ranam putat esse dyabolum. **Bern.** ait **O** mi-
 ra cecitas impioꝝ q̄ magis eligūt p̄cio aie sue emere
 a dyabolo vnam rectissimā consolationē. s. monē
 teneā diectionē vt ē luxuria siue gl̄ositas q̄ habet
 a deo oipotenti sumā ⁊ excellētissimā consolationē
Clericus igit̄ incontinens: vel fornicarius publicus

habens suā meretricē publicā secū i domo cū pueris
suis ⁊ quotidie celebrās diuina. **Q** grādis scandali-
zatio omniū fidelium. **Q** mira cecitas ipsius presbiteri
non perpēdētis dicta sanctorū canonū ⁊ scōrū docto-
rum **Q** q̄s profunde dimergit aīam suā in pfundum
infernī. Et licet quotidie confitetur vt supra dixi t̄s
sibi i simili nec consequitur absolutionem: qz non inten-
dit remouere ea q̄ sibi occasionem dant peccandi v̄s
delicet ipsam concubinā cū suis genitiuis. **Q** q̄s gra-
uissime peccat se diuinis ingerēdo: ⁊ nisi digne peni-
tuerit atq; satisfecerit profunde dānabitur valde di-
co autē digne qz non p̄bis sed aduerbijs meremur se-
cundū doctores. **U**n̄ si talis veniā veraciter cōsequi
voluerit a deo oꝝ oīno q̄ cōtritio eius sit vera ⁊ nō fic-
ta neq; falsa q̄ si vera nō fuerit nō solū celebrādo mis-
sam grauit̄ peccat v̄s etiā q̄libet actum cuiuslibz
oꝝ dinis sacri exequendo peccat mortaliter secun-
dū sanctū Thomā in. iiii. di. xxiiij. q. j. ar. iij. i solutōe
vltimi argumētī vbi sic d̄t Clericus existens in pctō
mortalī q̄ncūq; exhibet se i aliq̄ actu vt ministrū ecclie
mortaliter peccat ⁊ totiēs quotiēs h̄mōi actū facit.
Q vt dyonisius d̄t in primo capitulo. Celestis hiera-
chie. Immund⁹ nec symbola id est sacramentalia si-
gna tangere phas est. **U**n̄ quando cūq; tangunt res
sacras quasi suo officio vtētes peccāt mortaliter. Se-
cus autē esset si i aliqua necessitate aliquod sacramē-
tum tangerent ⁊ exequerē i tali. videlicet casu quo
etiā laicis hoc liceret Sicut si baptisaret in articulo
necessitatis vel si corp⁹ christi in terra proiectū colli-
geret. **H**ec sc̄tus Tho. vbi supra. Ille autē existit in
peccatis ac imundus apud deū q̄m non vere contri-
tus q̄uis etiā sit cēties cōfessus quia multi confitē-
tur qui non sunt vere contriti. **H**ā sanctus Tho. iij.

di. v. Confessio secundū quod est act⁹ virtutis nō valet sine cōtritione et charitate q̄ est act⁹ et principius merendi et ideo talis fruct⁹ absolutionis non percipit neq̄ meref absq̄ vera p̄tritione etiā si esset absolue ref. Qui habet aures audiendi audiat et intelligat naz ex his certissime constat q̄ sacerdos fornicarius etiā q̄tūcūq̄ ocl⁹ vel alio vicio mortali laborās nō dū bñ contritus nec dignā agens penitentiā vt opz i eo q̄ baptizat aut absoluit cōfidentes vel p̄dicat vlt matrimoniu solēnisat vel sacramentū eucharistie vlt extreme unctionis p̄bet vel mortuos sepelit vel aquā et saltē i dominica die exorcizat et ad populuz asp̄git aut cādelas i festo purificationis aut ramos i die palmarum vel in ignē cereuz aut baptismum in pascha aut penthecostē benedicit vel (quod maius ē his oībus) missā celebrat sacramentū eucharistie cōsecrat atq̄ sumit aut alijs exhibet sumēdū. In omnib⁹ his nec non in actibus alijs q̄ sacris or diuibus sunt annexi et in quolibz ipsoz singulariter quēlibet exercendū mortaliter peccat / et totiens quotiens aliquid vt ecclesie minister exequitur et exercet et sicut ex dictis sancti Tho. vt supra manifestissime p̄batur. Et etiā nō solūm dictis actib⁹ / sed et secundū. Dionysiu vbi supra quādo et quotiēs ad aliquē hmoi actū exequēdū induit siue sumit aliquē vestē sacrā vt q̄s albā aut manipulū siue stolā. et cōiter vel diuifz qd̄ reuera satis est horrendū et stupendū atq̄ piculolū est valde i tali videlz in statu nec nō dignitate tot criminib⁹ subiacere ac iplicari vbi sibi nō iūmerito dicatur quanto altior grad⁹ tanto profundior casus. Ex his igitur apparet manifeste q̄s mūdos et castos q̄s sobrios et pudicos / q̄s iustos et idoneos, et q̄s puros et immacula-

tos de salutis necessitate opz esse ministros ecclesie
 ex quo z imundi z impuri nō bene constricti prout est
 ostensus tot criminibz inuoluuntur. Quia in re sūmo
 studio totiqz viribus totoqz conatu curandum est in
 purpuris z immūdis vt videlicet cōscientiā emendā
 tes verā cum deo pacem faciant ac se deo veraciter z
 non fecte per verā z non falsā constrictionem seriose
 reconcilient. In q̄ senimirū pleriqz sacerdotes hui⁹
 sc̄li etiam litterati seipos mire decipiūt videlicet ve
 re contritos vim z virtutē ac efficaciam vel nō intel
 ligētes aut nō cauētes siue dissimulantes hodie pec
 cata sua p̄fitentes z cras in idipsum veluti canes ad
 vomitū z sus lota ad voluptabrum redeuntēs. Sunt
 etiā inter hos nōnulli q̄ putāt licet insipiēter q̄ deus
 aliter cū ipsis q̄ cuz alijs actur⁹ sit vel q̄ res aliter se
 habeat q̄ de⁹ per sacra eloquia repromisit vel q̄ sal
 tem qd̄ in fine vite vere velint penitere Volētes tūc
 demū peccata dimittere dum modo pctā eos dimise
 rūt nō ipsa pctā. Hivere grauiter errāt in grandi la
 borātes piculo aut in lubrico sunt cōstituti. Isti nāqz
 sūt duces cecoz q̄ oltos curare deberent et mederi.
 Sz nāqz ipsi seipos decipiunt. Vñ cui⁹ tali merito
 illud euāgelicū ē dicēdū. Medice cura teips. Tales
 certe eterne mortis piculū ac finalis penitentie diffi
 cultatē nec non vere contritionis pōdus aut negli
 gūt aut ignorāzita grāde crimen p̄mittūt. Nā q̄ dif
 ficilia et incerta finalis penitētia nō. p̄siderāt. Et tū
 nobis scot⁹ egregi⁹ doctor sup. iij. sen. dist. xx. clare
 demōstrat dicens. P̄niz q̄ videt̄ haberi in extremis
 vix ē vera penitentie z sufficiens ad salutē. Et hoc
 propter. iij. rationes. ¶ Quarum est prima qz tunc
 ipedit̄ vsus liberi arbitrij z liberae rationis z volūta

nis & frequenter ex timore & dolore in similitudine inherentes
 vel vni eorum singulariter inherere. Actus ei displicens
 de peccato ad hoc quod sit sufficiens ad veram penitentiam requiritur
 liberum arbitrium & vsum rationis & voluntatis. In his
 autem quod sunt in extremis de quorum vita iudicio medicorum
 extat desperatum quod notanter sentiunt & videt se mortem
 euadere non posse ut in periculo maris et undarum vel
 bellicorum aut ferarum vel in iudicio damnatorum. In huiusmodi
 ergo est maximus dolor in parte sensitiva vel timor in-
 timus propter mortem imminet. Et ultra quod passio vehe-
 mens nata est impedire liberum arbitrium & liberum vsum ra-
 tionis et voluntatis ex quibus deberet oriri vera contri-
 tio. Secunda causa nam de hoc quod displicentia valeat requiritur
 quod sit voluntaria propter deum quod valde difficile est in
 extremis. Nam usque tunc non fuerit verus penitens non
 videt tunc extorquere ex seipso novam penitentiam nisi
 sit timore pene imminentis. Presumit enim quod si remo-
 tus esset a pena sicut prius non extorqueret a seipso illam
 displicentiam sicut nec prius. Tertia ratio est quod habi-
 tus usque tunc continuatus multum retrahit ab actu penitentiae
 quod delectabilia carnis & mundi quae illicite hoc dilexerunt
 ista valde retrahunt & impediunt. Quarta ratio est quod
 si aliquid est minimus dominus sui actus tanto requiritur in-
 tentionis displicentia ad hoc quod sit dispositio sufficiens ad
 delectationem culpe. Iste autem est minimus dominus sui
 actus: quia nullo modo est dominus actus exterioris
 ad penitendum. Requiritur etiam secundum stri-
 ctam iustitiam intentior motus displicentiae ad iustifi-
 cationem eius quam ad iustificationem sani cum viri pos-
 sint habere eque intensum. Hec Scotus ubi supra.
 Ponit Rufebius in libro de more beati Hieronymi
 ex ore eius sic scribens, Inter triginta milia hominum

Capitulum

ex his q̄ p̄niam deferūt in finē vix vn⁹ vere penitebit
Ecce stupēda res ⁊ nimis miranda. Cū autē absq̄ ve
ra cōtritione nequa q̄ valet p̄fessio p̄ tūc saltē ad sa
lutē idcirco qualis esse debeat vera contritio p̄pter
simplices ē necessaria tūc subiūgendū. Quā bonauen
tura sic verā cōtritionē describit. Vera cōtritio ē bo
na volūtas p̄ grām excitata q̄ de pctō suo dolet ī spe
grē strenue satisfaciat nūq̄ amplius peccare p̄po
nat et oīa q̄ ad pctm̄ trahere p̄nt a se totaliter remo
ueat ⁊ ita in dño pseueret. Quā autē mors instat raro
mēs se ad ista egerit. vel q̄ nimis dolor angit v̄l ena
dere sperās negligit: vel multitudinē pctōꝝ confus⁹
desperat. Si vero aliqd̄ facit sepius ex timore mor
tis et horrore procedit q̄ ex amore dei. Et multi vi
dent contriti q̄ non sunt: sed potius cōteriti ⁊ angus
tati proter turpē cōscientiam p̄pter mortē inexper
tam p̄pter viam ignotam p̄pter amissionē rez t̄pas
liū quas dilexerūt. Quā periculo sum ē vnicuiq̄ hoīm
differre hoc qd̄ statim possit haberi: iō dicit sacra scri
ptura. Nec tardes cōverti ad dñm ne differes de die
in diē. Et itez. Quā languorē accipe medellā: ⁊ ante
iudiciū para iusticiam. Audiāt nūc ⁊ intelligant hec
q̄ aures cordis ⁊ oculos mētis hñt cōfiterent ⁊ p̄pen
dēt at q̄ pōderēt sentētias singuloꝝ verboꝝ: nā gra
ue pōdus inest v̄bis vis grandis v̄itas infallibilis et
immutabilis. Quā dauid ait. App̄hendite disciplinas
neq̄n irascat dñs ⁊ pereatis de via iusta. Cū exarles
rit in breui ira eius: ⁊ tūc loq̄tur in ira sua ⁊ in furore
suo p̄turbabit eos. Et ibidē cōcludit dicens. Beati
oēs q̄ cōfidunt in eo. ¶ Ex p̄missa nāq̄ se p̄tritiōis
descriptiōe q̄sq̄ q̄ nō decipi voluerit aut errare subti
li p̄sderatione intelligere poterit ac p̄pendere clare

mentis intuitu quilibet vult apud se latet cordis corrumpio.
 profertur cum est scilicet sanctum Thome in primo suo quolibet etc.
 q. v. sic ait. Unusquisque verus contritus tenetur velle pati
 magis contritumque penam quam peccare amplius mortaliter
 Interroget igitur unusquisque conscientiam propriam an ita sit dis-
 posita ab intra. Et notanter dicit ibidem tenetur quod reuera
 importat obligationem. Item ibidem dicit contritumque penam
 constat quod nulla excipitur. Uix igitur maxima iest ver-
 bis. Quis igitur a se non remouet ea que ipsum ad peccatum
 vniuersaliter trahere possunt ut mulieres que etiam apostata
 re faciunt sapientes immo et sanctos viros / aut nego-
 cia talia que ipsum ad peccatum implicat sicut spores absque impul-
 su adhuc iheret et insisit que talis facturus esset si per pe-
 nam aliquam cogeretur ad peccandum constat idubitanter
 quod talis nunquam etiam si penam minimam sustineret antequam
 peccaret. Qui igitur est talis ipse sibi est testis quod eius
 contritio minime vera sufficiens est ad salutem. Qui
 enim per confessionem absolutionis beneficium atque salutis
 fructu veraciter et indubie prosequi voluerit atque percipere
 studeat omni conatu totisque suis viribus laboret et ve-
 raciter et non fictis sume doleat de peccatis faciatque stren-
 nue quod faciendum est pro satisfactione et salute anime
 sue ita quod non sit incontinens clericus nec mulieribus
 cohabitare supra. Si autem sacerdotes seculares tam
 grauiter peccant per incontinentiam: aut alijs criminibus se
 implicantes consideret unusquisque et precipue in diuinitate que
 to grauius peccet claustrales et religiosi in habitu et
 statu perfectionis constituti. Nam statum cuiuslibet ap-
 probate religionis dicitur esse per sanctos doctores statum
 perfectionis. Si quis huiusmodi aures audiendi audiat que sa-
 cra scriptura pronunciat. Et ideo mi frater redi in cor tuum
 et considera cor tuum si vniuersum habuisti veram contritionem

Capitulum

interi q̄ tu possedisti tuā dālidā sc̄dm quā mihi scri-
 p̄stisti: vcz q̄ fuit tibi viginti trib⁹ ānis coniuncti et de
 qua plures gtōs vtriusq; sex⁹ generasti et vere sc̄dm
 illa scripta doctoz nō potest dicere q̄ sic: q̄ nūq̄ ha-
 buisti firmā intentionē pabulū mortis eterne v3 ean-
 dem meretricē eijcere a te quā vsq; huc pl⁹ q̄ deum
 tuū et salutē aīe tue amasti / z iō iterim nūq̄ habuisti
 veram contritionē / z p̄cōsequens confessio tua per
 tm̄ t̄pis spaciū fuit nulla nec absolut⁹ es per tot an-
 nos a minimo pctō veniali nec mortali qz deus non
 diuidit gratiā suam. Nunq̄ em̄ tibi remittitur mini-
 mum pctm̄ veniale nisi prius sis absolutus ab oībus
 pctis mortalib⁹ z p̄sequēs sis in gratia z in charita-
 te dei. Nūc considera q̄sta z quot pctā super te accu-
 mulasti cum ī tot ānis vcz viginti tribus nō sit tibi di-
 missū minimū pctm̄. qualis ante viginti tres ānos fui-
 sti scit de⁹ cui oē corp⁹ z oīs volūtas loquit. Insuper
 nec tu nec aliq̄s ali⁹ existimet ea q̄ ī sacra pagina ex-
 arata sūt aliter se h̄re. Vera siq̄dē sūt ea īmutabilia
 z absq; retractione verba dei z eius testimonia acci-
 pienda sūt. Qui q̄dē veritati tāta atq; talis de salu-
 tis necessitate extat fides atq; crudelitas adhibēda
 q̄ heretic⁹ iudicat quicūq; circa sacre scripture veri-
 tatē male sentit vt h̄r. xxiij. q. iij. h̄r. Ecce mi f̄ nar-
 ro tibi non fabulā s3 rē gestā. Erat quidā abbas or-
 dinis sc̄ti b̄ndicti qui habebat in q̄dam villa plebānū
 z ibidē etiā habebat cauponez cū honesta vxore q̄s
 omnes noui z vidi z scio q̄ verū est qd sequit. Iste ve-
 ro caupo postposito dei timore adulterauit cum sua
 ācilla q̄ concepit ab eo z peperit puez ex adulterio
 qd crimen erat publicum z manifestum z per conse-
 quēs scandālū ī populo / p̄pter quod nephās pleba

nus voluit ip̄s publice punire vt portaret crucē nudā
 per ecclesiam die dñico p̄ntē populo / ipse vero oīno
 recusauit. Et pleban⁹ accusauit eū apud dñm abba=
 tē q̄ vocauit ad p̄ntiam suā ambas partes plebanuz
 vsz r cauponē. Et dixit abbas ad cauponē. Tu ifelix
 adulteris publice peccasti cur nō vis publice penitere
 Caupo vertit se ad plebanū r ait p̄ quo accusasti me
 apud dominū meum. Respondit plebabanus p̄pter
 adulteriū tuum quod cōmisisti hoc anno r generasti
 puerū de ancilla tua: r habes honestas et legitimam
 vxorē r hoc est publicum / r ideo debes publice tale
 crimen penitere in exēplum alioꝝ. Respōdit caupo
 plebano. Ego feci qđ fecistis nōne exꝑcubina vestra
 q̄ est ancilla v̄ra r non vxor isto anno r quasi oī anno
 generastis pueros publice ī scādalū oīm nostruz / qñ
 ergo vos portabitis crucē p̄ ecclesiam p̄ pctō vestro
 ego sequar vos r portabo crucē post vos. nā si secu=
 tus suz vos in adulterio sequar vos etiā ī pena. Au=
 diēs hec pleban⁹ sciēs qz verū fuit abscondit facies
 suā sub manib⁹ p̄ verecūdia r exiuit a p̄ntia abbat̄is
 dñi sui / tacuit et permisit hoc peccatū impunitum. ¶
 valde turpe est doctozī cū culpa redarguit ipsum. ¶
 bene talibus d̄: Medice cura te ipsum. ¶ Mi frater
 quot r quāta peccata opz te et tui similes dissimula=
 re ī piculū vestrū r oīm vestroz p̄oꝝpter vestrā lubri=
 cā r criminosa vitā. Ceci estis et duces cecoz: et iō
 ambo ī foueā eterne damnationis cadetis / ductoz
 primo deīde secutor. Cur hoc quia ignoratis r scire
 nō vultis q̄ sit vera contritio et sufficiēs: sine q̄ nulla
 valet confessio. ¶ Non enim satis est dum quis de
 mane facias cōfessionē dicit. ¶ Cōfiteor: quia ista
 nocte cōmaculaui r cōdormiui cōcubine mee r cū ea

Capitulum

peccavi peniteret fecisse: iō peto absolui et ille ē tibi
similis ⁊ dicit tibi / absolutionē ⁊ abo peccatis nouo
peccato mortali. Ille qz absoluit eum quē deus non
absoluit. s. non contritū tu vero etiam peccas morta
liter / qz suscipis absolutionē et nō es dign⁹ / ideo qz
non es vere contritus qz nō habes firmum proposi
tum āplius nō peccare saltē mortaliter vsqz ad mor
tem inclusiue scienter ⁊ tuā remouere concubinam ⁊
omnem occasionem peccandi: qz in his consistit vera
cōtritio quam tu non habes: nec vnqz habuisti / nec a
liquis tibi similis interi qz nō remouetis concubinas
vestras quas plus diligitis qz deū vestrū et eternum
gaudiū. Nunc autem quilibet vestrum introsum re
diens alta consideratione ex omnib⁹ predictis consi
deret ⁊ tperpendat quid credat ⁊ quis / ⁊ qualis / ⁊ vn
desit / at qdēdat / ⁊ quō hec leticia mūdāna ē ei quasi
momētanea ⁊ eterna dānationis luct⁹ eā occupabit
Quā qdē considerationē aut cognitionē nobis vera
citer tribuat Iesus christus marie filius qdē in secula
benedictus.

De magna dignitate sacerdotum qua
propter merito debent esse sancti.

Capitulum quintum.

Magna em puritate ⁊ scititate pollere debent
moēs celebrantes ⁊ cōicātes qd suscipiunt san
ctuz sctōz. Nā xpi sepulchrū valde ē glīosus
in quo corpus christi iacuit mortuum per tridū mo
do multum digniora debent esse sacerdotum corda
in qbus a morte resuscitat⁹ quotidie dignet īhabita
re ⁊ glorificat⁹: S; btūs ē vēter qui nouez mensibus
īpsū mortālē portauit: beata debent esse corpora

sacerdotū in quib⁹ fili⁹ dei frequēter sibi hospitium assu-
 mit. Si bñ sunt ybera q̄ paruul⁹ suxit sc̄m debz esse
 os ei⁹ q̄ xp̄i corp⁹ sumit ⁊ ei⁹ sanguinē bibit. Ne igr̄
 macules os tuū p̄ stultiloquiū q̄ dei corp⁹ accipis mū-
 dissimū. Et man⁹ tue nō polluant̄ pct̄is qb⁹ illud san-
 ctissimū corpus tangis. Ueter̄ crapula nō ingredit̄
 in quo venerabilis hospes recipiet̄. Attendite ergo
 quanta puritate et timore ad illud nobilissimū sacri-
 ficiū debeat̄ accedere qđ est xp̄s dei filius. Quia in
 re ops deus significat̄ hic in celesti p̄ria si sacerdo-
 liter vixerunt. Nā primo dignificauit eos sup̄ oēs re-
 ges ⁊ principes. Niere. i. Ecce cōstitui te sup̄ gētes
 ⁊ regna. Et hoc in isto ptz: qz dignitas sacerdotalis
 hz cōsecrare reges: s; omēs reges et p̄ncipes nō p̄nt
 facere vnū sacerdotē. Et nō est p̄nceps tam magn⁹
 quin teneatur cervicem suam inclinare coram sacer-
 dote in cōfessione loco dei: qz vicarius. Et breuiter
 deus sacerdotes exaltauit sup̄ oēs creaturas. Unde
 quidā doctor ait. Si conditione estis hōies: dignita-
 te estis sup̄ oēs hōies. Nam sacerdos est altior regi-
 bus: sanctior angelis et creator sui creatoris. ¶ Se-
 cūdo honorauit eos in t̄p̄alibus dando eis illa q̄ eis
 seruiunt. s. decimas oblatiōes testamēta primitias
 pro subst̄tatione corp̄is vt quietius deo seruiant in
 sp̄ualibus. Tertio honorauit eos per iuris emunitas-
 tē cōferēdo eis sic q̄ nullus terrenus princeps super
 eos iurisdictionē habeat nec aliq̄s hōim seculariū au-
 deat violēt̄as manus in eos iniicere: nec etiam in ac-
 colitum ⁊ cōuersum. Oppositum faciēs eo facto ex-
 cōicatus maiori excommunicatione tam in celo q̄z ī
 terra immo deus sic protegīt eos vt nullus audeat
 perturbare verbis nec factis: quia reputat̄ sibi pa-

Capitulum

rü. **Uñ** loquit̃ p zachariã pphetam. **Qui** tangit vos
 quasi q̃ tangit pupillam oculi mei. **Et** p̃s Nolite tan
 gere x̃pos meos. **Uñ** dicit dñs ad moysē z aarō **Uñ**
 dicam bñdicētib⁹ vobis. **Itē** null⁹ p̃nceps audet ex
 actiones facere in cler. **Itē** nec aliq̃s debet accipe
 repedagiū a clericis nec a p̃dicta excōicatione ab
 solui p̃t nisi resoluat. **Quarto** honorauit i hoc qd̃ cō
 misit eis aias fidelīū. i. sanctam eccliam catholicam
 scz oēs credentes. de quo **Chriſo.** ait. celo z angelis
 z oī creatura honorabilior est ecclia: x̃ps eam etiam
 ampli⁹ dilexit q̃ seip̃m. **Uñ** de celo venit ad terram
 z pro ea mortē sustinuit amaram: ideo dat ei corpus
 suū in cibū z sanguinē in pot̃i. **Et** de ipsīs sacerdoti
 bus dixit vos estis lux mūdi: nam sicut mūd⁹ nihil ef
 fet sine luce: sic ecclia nichil esset sine sacerdotibus.
Quinto honorauit eos in hoc qz vult vt stricte obe
 diaf eis loco sui ab oīb⁹ hoīb⁹. **Luce. x.** **Qui** vos au
 dit me audit z q̃ vos spernit me spernit: ergo obediē
 dū est eis tanq̃ x̃po: vt qñ p̃cipiunt hoīb⁹ ieiunare
 festinare debent tenere z eis obedire tanq̃ si x̃ps pre
 ciperet. **Sed** qñō obediunt illis cōminatur dñs. **Le
 uiti. xvij.** **Qui** superbierit nolens obedire sacerdoti
 bus imp̃ta morte moriatur. **¶** **Exemplum** **Dathan**
Abiron chore qui rebelles fuerunt **Moyſi z aaron:**
 ideo terra eos viuos absorbit viui enim descende
 runt in infernū. **Sexto** honorauit eos dando eis po
 testatem ligandi et soluendi omnes homines ab eo
 rum penis et vinculo mortis. **Mathei. xvij.** **Quod**
 cunq̃ ligaueris super terrā zc. **Et** potestas vno mo
 do intelligitur de excōmunicatione q̃ est gladius spi
 ritualis et est multum timenda. **Alio modo** de abso
 lutione peccator. **Uñ** episcopus q̃ ordinat sacerdo

tes exufflat in eos, vt habet. Jo. xx. Et Accipite spi-
ritum scm̄, &c. ¶ Septimo honorauit eos qz vocan-
tur angeli in scripturis vñ Greg. Omnes q̄ sacerdo-
tum censent noīe angeli vocantur q̄ habitent simili-
tudinē angelorum. Primo quia angelorum est mini-
strare deo et hoībus sic ait sacerdotes habent mini-
strare deo die nocteqz in septē horis canonicis & ho-
minib⁹ cū septē sacramentis. Secundo qz angelis
est vita pur⁹ sic quilibet sacerdos tenet eē castus et
ducere angelicā vitam. vñ. in Dan. habetur Abstine-
tia a nuptijs & angelorum abstinentia & vita. Tertio
angeli hñt informare & ammonere homines per bo-
nam inspirationē sic & sacerdos per verbū dei quar-
to āgeli hñt deū laudare. Vñ. ps. Laudate dñm oēs
angeli ei⁹ / sic sacerdotes quotidie habent & tenent
laudare deū in diuino officio. ¶ Octauo honorauit
in hoc sacerdotē qz ē aliqualiter similis virginis ma-
rie. Primo sic sicut beatissima virgo maria qñqz ver-
bis pcepit vt habetur Luce. 7. Fiat mihi secundum
verbū tuū sacerdos per quinqz verba xpi corp⁹ con-
fecit. Et sicut imediata per cōsensū marie fuit totus
corp⁹ xpi i vtero eius / sic immediate post prolationē
verborū cōsecrationis trās substantiā panis in verum
corp⁹ xpi. Secūdo sicut beata virgo maria christum
post partum i manib⁹ portauit sic sicut sacerdos xpm
post consecrationē coram omni populo manibus le-
uat & eū ad infirmos portat. Tertio sicut brā virgo p̄-
us fuit in vtero matris sue sanctificata añqz christus
pcepit. Vñ psal. Sanctificauit tabernaculū suum al-
tissimus. Sic sacerdos añqz ordinatur & sanctifica-
tur ab episcopo suo non consecrat: qz sine ordine nō
cōsecraret. Unde laicus quantumcūqz sanctus nihil

Capitulum

faceret etiā si ꝑba cōsecratiōis diceret. Nono hono-
 rat eos sup̄ āgelos indignitate custodie qꝫ sacerdos
 hꝫ in custodia plures animas sibi a deo cōmissas sicut
 pleban⁹ totam parrochiam / ep̄us totū episcopa-
 tum papa totū mundum. Sed angelus hēt custodiā
 solū vnā aiām. Un̄ Bern̄. Magna dignitas aiāꝝ v̄
 vna q̄ ab ortu natiuitatis ī sui custodiā habeat an-
 gelum sibi deputatū. Secundo in tangēdo et sumen-
 do corp⁹ xp̄i. Nam angeloz est videre deum Math.
 xviii. Angeli eorum semper vident faciē patris mei
 qui in celis est. Et in hoc sacerdos est maior angelo
 qui videt ⁊ tangit ⁊ cum hoc sumit quod est datū an-
 gelo. Tertio cōsecrando corpus christi. ⁊ sic ī hoc sa-
 cerdos non solū angelos sꝫ etiā dignissimā virginē
 mariam aliquo mō precellit: quia ei non est data ta-
 lis potestas scꝫ cōsecrandi. Unde sacerdos minis-
 mus potest in terris quod nō potest maxim⁹ angelo
 in celis. nec virgo maria immo et tibi sacerdoti xp̄s
 dñs de⁹ tu⁹ ad tuā cōsecrationē obediēs est moꝝ sub
 speciebus panis ⁊ vini presens est. Unde Bernardus
 veneranda dignitas sacerdotū in quoz manibus
 dei filius tanq̄m in ytero virginis incarnatur. Ambrosius
 presens est in altari in manibus sacerdotum. Pro-
 pter quas dignitates pōt de⁹ dicere sacerdotibus illis
 Esa. v. Quid vltra debui facere ⁊ nō feci / quasi dice-
 ret ad vos sacerdotes. Ego omnē charitatē vobis o-
 stēdi ⁊ dedi me ipsum vobis consecrandū tractādum
 ⁊ sumendū ⁊ omnē potestatem meam super oēs ho-
 mines vt quēcūqꝫ solueritis erit solut⁹ corā me: ⁊ q̄cūqꝫ
 ligaueritis at̄ excoicaueritis erit ligat⁹ at̄ excoi-
 catus apud me ī celis. Et dedi vobis maiorē potestatem

q̄ habēt omnes angelī et omnes sancti ī celis: imo q̄
 amātissima mater mea videlicet in cōsecratione eu-
 charistie in qua vobis semp̄ obediens sum immo ī
 fidelissimo et criminoso sacerdote sicut scrīssimo et ex-
 altauis vos super omnes creaturas. Et vos heu vice-
 uersa p̄tēnitis me / et p̄scitis me a vobis tāq̄ mortuū
 abortiuū q̄ p̄iicit a matre tāq̄ perisoma qd̄ retro
 ianuā p̄iicit cōsumpto p̄mo / in hoc vs̄ q̄ plus diligi-
 tis mulierculas peccatrices vs̄ infelicissimas con-
 cubias et fetidissimā luxurie delectationē q̄ momēta-
 nea est / q̄ me summū bonum et celestem consolationē
 et gaudia eterna. Insuper et vos me quotidie crucifigi-
 tis et ī immundissimā cloacam vestram p̄scitis plenā
 pctis et omni immunditia totiens quotiens celebra-
 tis nec valet vs̄ confessio nec absolutio: q̄ in vobis
 nō est vera contritio interim q̄ seruatis tales meretri-
 ces in domib⁹ vestris et non firmiter creditis ab oi ma-
 lo actu et volūtate peccandi. **Hec. Bern.** O mi frater
 quid tibi cū mulieribus qui cum deo in altari fabula-
 ris. **Q**uid tibi cōe est cū corpore christi qui p̄ carnis
 feditatē factus es membruz antixpi. i. dyaboli. Et
 ideo oēs maledictiōes quas spiritus sanct⁹ p̄ os **Da-**
 uid p̄nūciauit veniēt sup̄ vos / q̄ nolūstis b̄ndictio-
 nem et elongabif a vobis et venient super vos sacer-
 dotes criminosos maledictiōes pessime et damnose
 iuxta illud. **Malachie primo.** Ego maledicam male-
 dictionibus vestris. Quas maledictiones si quis bo-
 na fide et consciētia attenderet nequa q̄ in peccato
 mortali celebraret **Christus** igitur conquerif patri
 angelis et hominibus de sacerdotibus indigne ce-
 lebrantibus dicens. Et dederunt in escam meam
 fel. Et ideo spiritus sanctus per os **dauid** dicit. **Sicut**

Capitulum

mensa eorum coram ipsis in laqueis quo spiritualiter trans-
 glutinantur. Propter hec igitur graua pericula dicit
 aplos. j. *Loz. x.* Probet seipsum homo. Non proba-
 tus nullatenus accedat et si ad centum annos deberet vi-
 uere minus peccat si nunquam accedat quam si quis solummodo
 semel indigne accedat. Nam oia subito est mortuus qui
 manum ad archam extendit quia eade nocte uxorem
 suam cognouit. Quia igitur presumptione presbiter qui
 cum sua concubina ac meretrice pollutus est altaris sa-
 crificium quod in infinitum dignus est quam archa audent
 accedere Talis in nocte sacrificat beelphégor in cras-
 tino sacrificat corpus iesus christi In nocte amplecti-
 tur filiam veneris in crastino osculatur filium virginis
 Audi quid dicat tibi dominus iesus. O iuda oscula filium
 hominis tradis. Et ex post ei subiungit melius tibi es-
 set si natus non fuisses. Nam tales sacerdotes triplex
 committunt peccatum videlicet homicidium in proximum
 proditionem in deum / patricidium in patrem / quia idem
 dominus noster iesus christus est proximus noster deus
 et pater. Et oia mala hec fiunt in clero quis in sacra
 scriptura non student. Nam qui iter mortales inimicos
 esset constitutus / gratias illi referret quod gladium ei con-
 cederet per quem suos hostes posset expugnare Hos
 igitur in medio trium hostium habitamus quos perimere
 festinant. videlicet caro / mundus / et dyabolus. Con-
 tra quos hostes quilibet nostrum debet accipere gladium
 quod in celis est fabricatus et per filium dei nobis trans-
 missus / de quo saluator noster ait. Non veni pacem
 mittere in terram sed gladium isto gladio poteris in-
 stros feliciter expugnare. Et iste gladius non est aliud
 nisi sacra scriptura quam christus tribus vicibus vi-
 cit dyabolum eum impugnantem dicens. Si filius

Et qz cuilibet iste gladi⁹ necessarius est. iō de ip-
 so dicit xps in euāgelio. Et q non habet gladius vtz
 sacre scripture v ē dat tunicā suam et emat gladium.
 In quo infirmur q patrimoniu tunicas equos zc.
 vendere debem⁹ z totū quod habem⁹ / vt gladiū ver-
 bi deiz sacre scripture habere possum⁹ ad cognoscē-
 dū quid facere aut dimittere debem⁹: cum quo gla-
 dio. i. sacra scriptura possum⁹ nos z subditos nostros
 ducere ad celestē patriam. ¶ Notandū tamen est q
 qua druplex est cathedra doctorū. In prima sedēt q
 nec bene docēt nec benefaciunt q nec scientiā nec cō-
 sciētā habent vt pastores mali qui nec predicāt nec
 bene viuūt. ¶ Scđi sunt qui bene predicant sed ma-
 le viuūt. Vñ in euangelio super cathedram moysi se-
 derunt scribe zc. tales em sūt in via eterne dānatio-
 nis. Tertij sunt q non docent nec predicāt sed bene
 viuunt z qui paucam habēt scientiā: sed magnā z bo-
 nam scientiā / tales sunt in via salutis si non sunt cu-
 rati: qz meli⁹ est habere magnā scientiā z parū sciē-
 tiā: qz magnā scientiā z nullam cōscientiā pri-
 mi sunt in via salutis / secundi i via eterne dānationis
 z de his ponā duo exempla. ¶ Quarti vero sunt se-
 dētes in cathedra qui bene docēt z bñ viuūt et q ha-
 bent magnam scientiā cum magna z bona cōscien-
 tia / z isti sūt optimi z laudabiles. Exm̄ p̄mi. Refert
 petr⁹ cluniacē. q esset quidaz presbyter q quotidie
 celebraret pro defunctis valde deuote / quia aliā mis-
 sam legere nesciret q in re est accusat⁹ apud ep̄m et
 ideo et officio suo suspensus est. Cū autem ep̄s i ma-
 gna festiuitate p cimyteriū ad matutinas trāfiret cō-
 tra euz surrexerunt mortui dicētes. Ille ep̄s nullas
 missas dat nobis insup z capellanū nostruz attulit. s.

Capitulum

certe nisi emēdauerit cito morietur. Quo audito ep̄s
 sacerdotē officio suo restituit intelligens q̄ bon⁹ et
 iust⁹ esset qūis ignarus. Et deinde etiam episcopus
 libenter p̄ defunctis celebravit q̄ multū fructuosus
 est hoī: q̄ ipsi defuncti in purgatorio existētes sunt filii
 dei q̄ liberati a carcerib⁹ purgatorij i cōspectu summi
 dei pro suis oratorib⁹ orabunt. Simile etiam exē
 plū legitur in legē d̄ scti. Thome cātuarien̄, ep̄i q̄
 etiā vñū deuotū simplicē presbiterū suspēdit ab offi
 cio p̄pter ipsius ignorantia / q̄ nesciuit legere misa
 sam nisi Salue sancta parens, quā omni die cordi in
 time legit. Beata igit̄ virgo apparuit ei ⁊ dixit ad eū
 Dic ad ep̄iscopum vt te restituat ad officium tuum
 in signū huius dic sibi q̄ reformauit sibi cilicium suū
 Et sanct⁹ thomas respexit ciliciū suū ⁊ iuenit refor
 matū et credidit presbytero: et mox eundem restituit
 suo officio ⁊ assumpsit eū ad curiā suā: vt quotidie fi
 cut pri⁹ celebraret officiū suū in honore scriissime ma
 rievirginis. Et sic bñ ⁊ salubriter potest stare pauca
 sciētia cū bona ⁊ lucida conscientia. nam q̄ christum
 bene scit satis est si cetera nescit. S; magna scientia
 sine cōscientia est valde dānosa. De q̄ dicas tibi exē
 plū mi frater quod cū magna deuotione debes artē
 dere. ⁊ te secundum hoc regere ne tibi talia cōtingāt
 q̄ es magister artium ⁊ per cōsequens presto est tua
 scientia: sed vide vbi est tua cōscientia. Quidā magi
 ster erat parisi⁹ famosus: ⁊ fons omnium artium sic q̄
 nō erat similis sibi in tota vniuersitate qui tādem ce
 pit maxime egrorare. Ingressib⁹ autē magistro
 eius suis et amicis suis ad cōsolādū eū. Infirmus hō
 magister cepit corā eis amarissime flere ⁊ sic velut in
 p̄tritiōe maxia d̄ hoc sc̄o migravit habebāt at vñ

spectatissimū sociū et amicū quem p̄e oībus alijs
 diligebat cui quadam nocte tristis et squalid⁹ vmbra
 obscura appuit. Quā ille itūēs vehemēt̄ obstupuit et
 dicebat. Ach magister amētissime qd̄ p̄edit hic hūc⁹
 obscur⁹. Cui ille socie mīcarissime noueris me intole
 rabilib⁹ penis eternaliter cruciari vultūq̄ benignissi
 mi mei creatoris p̄chodolor nō īspectūx. Cui ille ait
 Magister p̄clare nunquid̄ profuit vobis aīa vestra p̄
 clara gloriosa immo etiā ī extremis contritio lachri
 mōsa. Cui ille. Hosti quid̄ apostolus dicat. Animal
 homo nō percipit ea que dei sunt. Et iterū scriptū ē
 Iherdam sapientiā sapientiū: et prudētiā prudentūz
 reprobō. Vbi sapiēs vbi scripta vbi inquisitor huius
 seculi hec similia nihil curā. Nā scientiam meam non
 curavi ornare bona cōsciētia et scientia mea pl⁹ pro
 fuit mihi ad eternā damnationē / q̄ nullus audebat
 me corrigere cū ego erā mḡr oīm aliorū p̄ totā vni
 uersitatē et in his que dei nihil curavi sed delectabar /
 sed solū in his que sunt mundi et vane glorie multum
 delectabar supra modū. Sed queris cur mihi nō p̄
 fuit lacrimosa et tritio. Respōdeo q̄ nō fleui p̄ mul
 tiplici offēsa mei creatoris / s̄ q̄ me amicos meos di
 lectos amittere oportebat hec fuit cā mei flet⁹. Ecce
 fide xp̄ianā legi instruxi et defendi ac similiter tes
 tui sed nullis bonis opib⁹ eā ornaui. Et verbū qd̄ in
 euāgelio d̄: vs. Non oīs dicit dñe dñe intrabit in re
 gnū celoz / s̄ qui facit voluntatē patris mei nō cura
 ui adimplere ideo proiect⁹ sū in explicabilē penā tā
 q̄ abortiu⁹ et peripissima omnīū clericoz et his dictis
 disparauit vmbra. Et ideo Beruard⁹ ait. Sapiēs ē q̄
 relinq̄t secularia tāq̄ mala presentia et vana et desi
 derat futura et eterna gaudia tanq̄ optima.

Capitulum

ergo et regina de pedib⁹ vsq³ ad verticē de vētre ad dorsū z nunq̄ inuenies requiē donec inuenies chri⁹stum hic per gratiam: z illic per gloriam.

De sacerdotibus curatis nescientibus predicare z si sciunt nolunt.

Capitulum Sextum.

Sunt quidam sacerdotes qui curam animarum hnt et nesciunt predicare z si sciunt non tñ pdicant De quibus solemnīs doctor Henricus de gandauo in libro suo. xiiij. dicit q̄ isti curati sunt in statu damnationis q̄ pdicare nesciūt aut qui sciūt nō tñ predicāt sedz q̄ requirit indigētia populi tēpore oportuno. Et postea subdit qd̄ min⁹ idone⁹ tenēs curā aiaz cū videt q̄ magis idone⁹ pōt haberi studere debet vt magis idone⁹ preferat. Alioquin videt tāq̄ raptor spoliare z p̄uare populū omni p̄fectu quē a magis idoneo posset habere. Sz heu ista plura alia ad clericos z sacerdotes req̄rūt nō aduertūt infecti lepra supbie z cupiditatis. Unde dñs dicit ad beatam brigidā. Ego eligi clericū qui voluntatē meam voce clamaret z ope ostēderet. Sed ipse clericus factus leprosus z mutus qz̄ omnis q̄ querit in clero videre pulchritudinē moruz z virtutum recurrit retro turbā visu. z abhorret accedere ad eū p̄pter leprā supbie et cupiditatis sue. Si vero querit eū audire motus fact⁹ es clericus dei laude et garrulus ad laudes propriā. Quero ergo aperietur via ad celestē patriā acquirendā si ille nō est habilis qui deberet precedere. Et quō audietur suauitas illa celestis. si ille mut⁹ ē q̄ deberet clamare. Itā nō solū studet dei gloriam et honorē querere quomodo lucre⁹ deo animas sz solū quomodo repleat marsupiū z cōgreget diuitiasz

placeat hoib⁹. Hoc totū apl's Paulus pdixerat di-
 cens ad Thimotheū. Erunt inqt hoies seiplos amā-
 tes. Glosa. Nam illi dicunt seiplos amare qui cōmo-
 da sua & suū honorē t'palē plus diligunt q̄ honorē
 dei. Jā paucissimi reperiunt viri eccl'iastici q̄ zelū ha-
 beat aiaz. Quātos em defectus videmus in spūali-
 bus quot sūt loca carētia pdicatorib⁹ p'itatu: quot
 hoies seducunt ab ignaris & malis cōfessorib⁹: quot
 simplices exemplis pessimis sacerdotus corripunt.
 Cū em laici respiciunt de sua vita inordinata pu-
 ta de incōtinētia / lasciuia / auaricia / supbia / vsura /
 oēs cōcorditer se excusant p̄ clericos et sacerdotes
 dicentes. Tñ isti taliter et taliter viuūt & faciunt qui
 scripturas nō ignorant & spāles existunt: ideo nō sūt
 tanta pctāz nobis nō minus q̄ ipsis licet talia per-
 petrare. Et sic populo pereunti clerici visione viuen-
 tes sunt occasio & auctores mortis. Proculdubio q̄
 tanta mala in eccl'ia fiant & quotidie pullulant & au-
 gent clerici sun causa et originaliter eps & prelati: qz
 hodie nobiles & potentes diues et pueri promouent
 ad beneficia curata: q̄ nec sciunt nec scire volunt / im-
 mo erubescunt discere et alios docere & pueros cor-
 rigere & spūalibus intendere. Qui vero sciunt ve-
 recundant et non curant: dedignant & attediant pre-
 dicare cōfessiones audire: & cū indigentis simpliciū
 occupare. Tñ Berni. In solertia clericorū cuius ma-
 gistra est negligentia epox & prelatorū vbiqz terrarū
 turbat et molestat ecclesiam. Et post pauca subdit.
 Clerici alienis locupletant comedunt fructus terre
 absqz pecunia: & pdijt quasi ex adipe iniquitas eorū
 Tñ scriptura de talibus ait. Sedit populus mādu-
 care et bibere & surrexerūt ludere, Deute. xxxij. scri-

Capitulum

ptā est. Incrassatus est dilatatus & recalcitrauit. Et
ideo de talib⁹ conqueritur dñs p ezechielē pphetā
xxij. ca. dicens. Sacerdotes contempserunt legem
meam & polluerunt sanctuarīa mea. Super quibus
verbis ait. Criso. Sacerdotes fidē predicant & fide
deliter agunt pacē alijs dant et sibi eā nō seruāt veri
tatē laudant & mēdaciū diligunt auariciā dānāt & ip
sam exercent. Quis em̄ p transgressoribus legis in
tercesserit ad eū cui ipsi q̄ ad intercedendū sunt missi
inueniuntur legis euangelice transgressores. Et nō
solū nos & transgressores legis sumus s; & multos vi
dem⁹ tales & tacemus non resistēdo eis & hoc ideo vt
in pace & voluptate viuamus & sic polluti maneam⁹.
Quid tñ dignius sacerdotib⁹ q̄ supra cathedrā moy
si constituti sunt a domino iudices populorū habena
tes potestātē ligandi atq; absoluedi in celo & inter
ra q̄b⁹ p̄cepit dñs poīa obedire dicens. Quia quicunq;
dixerint vobis quatez facite Matth. xxij. S; horrē
dum est quod sequit̄ videlicet. Secundum autē opa
eorū nolite facere dicūt em̄ & non faciunt onera gra
uia & importabilia ponūt in humeros hoīm digito aut
suo nolūt ea mouere. Criso. ait. Quis enim aliquan
do vidit clericū cito penitētē & si deprehensus fuerit
q̄ se humiliaverit nō ideo dolet: qz peccauit sed do
let qz cōfūdatur & gloriā suā perdit: erubescit em̄
aliquū reus videri: quia semper fuit aliorum iudex.
Quāta est sacerdotalis dignitas si rationalit̄ re ob
seruet. Pastores em̄ ouium sunt dominici gregis s;
p̄chodolor oues pascere nesciūt nec illi q̄ sciūt volūt
Ecce oues: sicut Grego. de Fame moriunt̄ vite pa
scua nō habētes. Et subdit. Non debet fieri rustic⁹ q̄
nescit arare: nō debet fieri miles qui nescit pugnare

nō debet fieri nanta q̄ nesciat periculū maris vitare.
 Sic similiter nō debet fieri pastor dominici gregis q̄
 nescit pascere oues aut q̄ nō vult. Heu quotiēs sit in
 oppositū ⁊ ideo horredū est qd̄ ait Greg. Audite mi
 feri qd̄ nobis dixit / dii estis dixit ⁊ nobis vos autem
 sicut hoīes moriemini ⁊ sicut vnus de p̄cipib⁹ cade
 tis / ac si diceret feci vos p̄cipēs ecclie mee facere ⁊
 et vos deos ⁊ filios meos s; imitari deū vestrum no
 luitis ⁊ pascere oues vestras s; bo dei ⁊ bono exēplo
 pro quibus ouibus mortu⁹ est filius dei. Cōsidera mi
 frater ⁊ oēs tui similes qz oēs mortui estis: ⁊ nescitis
 qñ: qz nichil certius morte nichil incertius hora mor
 tis. Cogita ergo te semp moriturus quia nescis qñ /
 ⁊ talis p̄meditatio trahit te a multis malis. ¶ Exē
 plū. Legit in libro de dono timoris / q̄ quidā magn⁹
 phūs datus est mundi vanitatibus ⁊ amorī mulieruz
 sicut tu mi frater es. Audiēs vero semel legere de id̄
 ga vita antiquoz patrū ⁊ tñ dicebat semper ad quē
 libet illoz illud Be. v. ca. Et mortuus est. Cogita
 uit ille intra se q̄ etiā sibi euenire posset. Cōtūcū q̄ tē
 poris viueret super terram ex hoc concipiens contē
 ptum mandi intrauit ordinem predicatorum quo fa
 ctus est parissus magister in theologia et vir eximie
 sanctitatis. Q̄ bene habuit pre oculis illd̄ ps. Ho
 mo vanitati similis factus est. Et illud. Et ep̄scopa
 tum eius accipiat alter / et ideo mi frater tēpora lon
 ga noli tibi promittere ne dicat tibi illud Luce. xii.
 Stulte hac nocte demones repetent a te animas tuas
 que autē parasti cuius erunt. Hanc o mi frater mor
 tis necessitatem ⁊ humane vite breuitatem cōsidera
 bat quidaz gentilis rex nomie Xerxes de quo scribit.
 Hieron. in epistola ad heliodoz sic dicēs. Xerxes ille

Capitulum

potentissimus rex cum sublimi loco cerneret infinitam multitudinem sui exercitus dicitur fleuisse ex eo quod nullus eorum quos cernebat post centum annos superuiueret. Nam homo comparatur arbori ad cuius radices sedent duo mures vnus albus et alter niger, id est dies et nox huius arboris radices incessanter corrodentes. Et hoc siue homo vigilet siue dormiat semper currit ad mortem. Hoc considera mi frater quod mortuus es et nescis quando ne perdas per mortem tuam tempus gratiosum et fructuosum quo possis dolere omnia peccata tua. Nam si omnes damnati haberent de illo tempore gratie vniam mediam horam omnes possent se liberare ab eterna damnatione et sibi acquirere celestem et eternam consolationem. Sed non potest fieri: nam iustus iudex dicit. Quod scripti scripsi et non mutabo sententiam meam. **Exemplum.** Nam accidisse legitur apud clareuallam quod quidam sanctus vir cum esset in oratione audiuit quandam vocem flebiliter lamentantem et cum inquireret nomen iesu christi quod hoc esset. Respondit quedam rauca vox. Ego sus anima cuiusdam damnati et meam infelicem deplango penam. Et cum ille vir sanctus de pena quereret dixit anima quod inter omnia tormenta nihil intantum cruciat damnatos sicut amissio temporis gratie sibi dum uiueret a deo collate in cuius parua morzula potuissent egisse penitentiam quam eos ab infernali pena liberasset. Opemur igitur boni dum tempus habemus ne uobis contingat sicut primo angelo quem fecit deus quasi deus et fecit eum quasi filium dei et vnum de principibus suis potentissimis: sed angelus per superbiam peccauit et deus esse desinit de principatu cecidit et factus est demon horribilis non tamen mortuus est: quia non erat res mortalis: vos autem et uobis similes moriemini et cadetis ab omni dignitate

te vestra. Mementote ergo vñ cecidistis. Et primo
 opera facite sacerdotalis dignitatis honorem vñ
 seruate nō vocemini cōcubinarij meretricarij. i. pu-
 blici pctōres et mali exēplares: sed p̄bet vestris sub-
 ditis bonū exēplū vt digne sup cathedrā sedeatis vt
 sic merito vocemini sacerdotes veri et boni portātes
 legē dñi in corde eam medulitus diligendo: secundo
 in ore alijs p̄dicando: tertio in omni vita vestra eam
 seruando. Sed heu quis vestrū est qui seruat eam in
 corde vt de eo dicat illud ps. Lex dei in corde ipsius
 aut q̄ seruat eam in voce vt de eo dicatur illud Ma-
 lach. Lex veritas fuit in ore ipsius et iniquitas nō est
 inuenta in labijs et multos auertit ab iniquitate sua.
 Aut q̄s vñ est q̄ seruat eam in ope vt nō solū sit p̄di-
 cator: sed et factor legis h̄z qd̄ d̄r Jacobi. i. et quis qd̄
 libet debeat i se habere: sacerdos tñ p̄cipue debet eā
 habere in ore ne sit quasi canis mur⁹ nō volens latra-
 re cōtra peccata hoīm: vt habet. iij. Ezech. Fili ho-
 minis speculatozē dedi te domui israel. Si vero non
 annunciaueris eis vt impius auertatur a via sua ma-
 la et sua iniquitate morietur sanguinē. i. aīas ei⁹ de ma-
 nu tua req̄rā: sup q̄bus verbis dicit beatus Grego.
 P̄sandū est nobis q̄tū sibi cōnexa sunt pctā subdi-
 toz et prelatoz: qz vbi subditus ex culpa morit̄ / ibi
 iste q̄ p̄est: qz tacuit reus morte tenebitur. tot enim
 occidimus quot ad mortē ire quotidie tepidi et tacē-
 tes videmus. Sanguis em̄ morientis de manu req̄ri-
 tur speculatoz: surget igit̄ et inuigilet et in malis
 actib⁹ p̄tradicat si vult euadere mortē. Tñ Ezech.
 eodē ca. iij. si aut̄ annunciaueris impio et ille nō fue-
 rit cōuersus ab impietate sua ipse quidē in impietate
 sua moriet̄: tu aut̄ aīam tuam liberaasti. Item Bre-

Capitulum

gori⁹ inuehit p̄tra eos dicens ome. xv. Ecce tot⁹ mū-
 dus plenus est sacerdotibus: s; tñ in messe raro repe-
 ritur operator: quia officium quidem sacerdotale su-
 mimus / sed officiū sacerdotis heu nō implemus: fru-
 ctus quidē sancte matris ecclie in stipēdio quōtidia-
 no p̄cipim⁹ & tñ pro eadē ecclia in p̄dicatione mini-
 me laboramus: pensemus cuius damnatōis sit sine
 labore p̄cipere mercedē laboris. Vix pro culpa sua
 aperta quipiam rephendimus & adhuc quod est gra-
 uius si persona fuerit in mūdo alicuius potentie: ei⁹
 fortassis errata laudant^r ne si auersantur per iracun-
 diam munus / aut gratiam subtrahat quod prius im-
 pendeat. Sed debemus sine cessatione meminisse
 quod Osee scriptum est. Comedunt peccā populū
 mei. Cur autē peccata populū comedere dicuntur nisi
 si quia peccata delinquentiū fouent ne t̄palia stipē-
 dia amittant. Sicut & nos qui ex oblatione fidelium
 viuimus quas illi pro peccatis suis obtulerunt: si co-
 medimus & tacemus proculdubio peccata māduca-
 mus. Ergo cuius criminis reus sit apud deum p̄cius
 manducare & nil contra peccata predicando aut orā-
 do agere diligēter auscultare. Et ideo zelū feruens-
 tis & igniti eloquiū dei in ore v̄ro habere & v̄bū predi-
 cationis vestre quasi facula ardeat & cōtra vicia inflā-
 meā si oīno caueatis ne oppositum faciatis v̄se p̄dis-
 cationi. Nunc mi frater reddi ī cor tuū & p̄sidera dili-
 genter q; potentior es in ciuitate tua inter oēs p̄sby-
 teros quis ergo audet te corrigere in confessione et
 extra: certe nullus ne perdat tuā amicitias & grām.
 Vidēt em̄ te nimīū habere amorem ad dalidā tuam:
 & te nimīū delectari in eius aspectu. Mi ff auerte
 visum tuū ab ea cōuerte te ipsum ad ymaginē crucis

fixi et vide et considera quod miserabiliter fueris mortuus ut
 tu eternaliter secum uiueres. Noli plus amare creaturam
 quam tuum creatorem nec tuos gratos quam societatem omnium
 sanctorum et angelorum. Promitto enim tibi si non cessas
 ueris ab amore concubine tue ante finem uite tue tunc
 risus tuus uertetur tibi in luctum maximum et gaudium
 in mesticiam. Et nunquam habuisti tamen gaudium in aspectu tue
 ualde concubine et pueroz: quia in infinitum habebis
 maioram penam de aspectu eius demonum. De magnitudi- *nota*
 dine penarum que habentur ex visu demonum audiendi ex-
 plum. Erat quidam secularis et criminosus multum qui
 militauit diabolo in luxuria et ceteris peccatis multis
 annis tandem in uino sermone ubi audiuit predicare de
 eternis penis infernalibus et de horribili aspectu demo-
 num. Tandem deo inspirante per punctum quod non uult mor-
 tem peccatoris sed magis ut conuertatur et uiuat intrauit
 obseruantiam regulari. Consideras hoc dyabolus quia
 suum miles cuperet recedere ab eo per ingressum religio-
 nis. Cum uis nocturnum dormiret in dormitorio cum ceteris
 fratribus apparuit ei dyabolus in specie ualde horri-
 bili et cepit uehementer clamare: et cum uenissent ad eum
 fratres uidebant eum fixis oculis ad parietem immobiliter
 prospicientem et horribili timore concussum. Fratres uer-
 ro ceperunt orare et locum aqua benedicta aspergere et
 sic demonem fugare. Adane autem a priore interrogatus
 quid contrarius in nocte habuisset. Respondit quia dyabolum uidi-
 set. Et requisitus cuius forme est. Respondit hanc non possu-
 mus describere facilliter: hoc inquit dico: si esset furnus
 ardens ex una parte et figura illius ex alia parte magis
 eligerem intrare furnum ardentem: quam uidere illam
 horribilem demonis figuram. Exinde dixit quidam
 scilicet. Credo si quis uiderit demones in ea forma que

Capitulum

dānati solēt eos videre nō posse viuere s; statū me-
 rere. **Uñ** Bre. dicit de **Chrisostomo** q; cū iſfirmarēt
 vidit multitudinē sibi aſtantiū qui cepit alte clama-
 re inducias vsq; mane iducias vsq; mane. **Et** cū hec
 diceret vertit huc atq; illuc ne videret illos demōes
 et p̄ nimio timore vehementissime cōturbat⁹ statim
 moriebat⁹. **Ecce** mi frater q̄ horribiles erūt i afflictu
 qui taliter occidunt solo suo aspectu. **Mā** talis confi-
 deratio penarū infernaliū fecit quēdā iuuenē delica-
 tū z filiū comitis intrare religionē z scīam obseruan-
 tiam ordinis p̄dicatoꝝ. **De** iñ parētes miserūt ad eū
 pedagogū suū solēnem magistrum vt p̄sueret sibi
 egressum sñ q̄ profiterē dicens. **Delicate** nutrit⁹ es
 z nō poteris sustinere rigorē ordinis. **Qui** r̄dit. **Te-**
 nerabilis magister p̄pter hoc intraui: q; sciu me de-
 licatū z asperitates nō posse sustinere cogitans ap̄
 me s; q; audiui p̄dicare q; pena inferni sit maxima ni-
 mis z mihi intolerabilis ideo elegi mihi poti⁹ hanc
 sufferre penam ordinis q̄ illū infernalē sustinere cru-
 ciatū. **Mā** scriptū est ioh. vi. **Qui** timet p̄uinā irruet
 sup eum nix. ¶ **Exēplū.** **Hanc** igitur magnitudinē
 penarū vidit qdam miles de quo scribit **Weda** in ge-
 nis angloꝝ q; t̄pe **Cōstantini** iunioris quidam miles
 defunctus est circa annos domini. cccvi. qui postmo-
 dum vite est restitutus. **Penis** igitur territus quas
 vidit fugit ad heremum fecitq; cellas iuxta quendā
 fluuium in quo vestibus indutus sepe balneabat per-
 mittens vestimenta ad carnem congelari: postea ve-
 ro balneum calidissimum intrauit: et sic continue fe-
 cit quousq; moreretur. **Et** cum de isto facto a viden-
 tibus arguebatur taliter respondebat. **Si** vidisset
 tis ea que ego vidi eadem et adhuc maiora mecū fo-

ceretis. Nam secundum Grego. super. Joā. Super omnia prouocat cōpūctionē visio pene infernalis et pduratio eius eterna. Nam posito q̄ esset lapis de arena tā magn⁹ vsq; ad octauā spherā: z post mille annos vnū arenū siue vnū minutissimū granū a dicto lapide tolleret donec tot⁹ lapis ad nichilū redigeret tūc eternitas pene terminaret. Respondet q̄ nō s; vix esset inchoata: nam finiti ad infinitum nulla est p̄ portio vt dicit. Ph̄s. viij. phisicorū. Nec etiaz eternitas pene infernalis z consideratio eius dē auertit falconē meacilien. De quo nota exemplum qui cum esset excellēs ioculator z vanitatib⁹ seculi dedit⁹ semel cepit cogitare de eternitate pene gehēnalis z dixit in corde suo. Si tibi pponeret vt in aliquo molē lecto z bñ strato iaceres z nulla necessitate cogente recederes tu nullo modo posses sustinere quomodo sustinebis sempiternam z infernalē penā. Hac cōsideratione perterritus reliq̄t omnia et factus est p̄ bar⁹ monachus. z postea factus est ep̄s tholosan⁹ et vir eximie sc̄t̄tatis. Nec oīa scribo tibi frater vt z tu facias z salu⁹ eris peccasti requiesce sicut p̄cepit dñs z incipe zelare p̄ domo dñi sermone z opere qd̄ valde bonū est. Unde Richardus de sancto victore. Nescio si potest homo a deo in hac vita aliqd̄ mai⁹ accipere: q̄ vt ei⁹ magisterio peruersi hoīes in meli⁹ vertant vt de filiis diaboli dei filij efficiant. an tibi forte maius videt mortuos suscitare. Non certe ī infinitū plus est animas ad ymaginē dei creatas suscitare vt cum suo creatore in eternum vivant.

¶ Et ē Richard⁹ si cauit Absq; dubio nihil sic placat deū sicut zel⁹ aīaz. Q̄ mltas creaturaz virtutum abūdātiā aliq̄ ex dei grā suscepērūt z hūc zelum ac

Capitulum

ei pere non poterant q̄ multos videm⁹ hodie sp̄itru
 pauperes ipe gaudētes caritate feruētes multū ab
 stinētes supra modū parietes ad zelū aut aiaz nim
 tepidi ⁊ torpētes. Alij quasi ad custodiā humilitatis
 deliqt̄es increpare non presumunt alij ne fraternam
 caritatē perturbare videantur peccātes arguere me
 tuunt. Et sic diuersimode nō zelantes p̄ domo dei re
 cipiētes angelum tenebrarū pro angelo lucis omnia
 que sunt sua querētes non que sunt iesu christi. Si c̄
 christus debitum honores nō receperit a presbytero
 aut p̄i byter a diacono aut diacon⁹ a lectore irascit⁹
 perturbatur. Si sūt viderit ep̄s p̄i byteruz aut pres
 byter diaconū circa obsequiū ecclesie non permanes
 tem aut subditos suos peccātes in deum neq̄ irascit⁹
 neq̄ curat. qz oēs de honore suo sūt solliciti de hono
 re autem dei pauci. Si popul⁹ decimas non obtule
 rit murmurāt omnes ei / si peccantē populū viderint
 nemo murmurat p̄ ipsos. Quid est ergo q̄ ceteri ho
 mines cuiuscūq̄ stat⁹ nobis infesti sunt certe nō pos
 sum⁹ dicere q̄ hec sit causa q̄ filij hui⁹ seculi p̄sequun
 tur nos tāq̄ filios lucis sicut v̄z Ismael Isaac p̄seque
 batur ⁊ Liau Jacob. qz nō sum⁹ filij lucis s̄z tenebra
 rū qz nō lucēt opera nostra coram hoīb⁹ vt glorificēt
 patrē nostrū q̄ in celis est. s̄z male agentes lucē odio
 mus. Nō sum⁹ ysaac qz nos ipsos repromissione frau
 damus. Nec sum⁹ iacob. qz dybolum non supplantā
 mus s̄z poti⁹ coadiutores eius sumus. Quam ergo
 cām obligamus quare seculares sunt nobis infesti.
 Nō occurrit nobis alia cā nisi qz trāsgressores legis
 sum⁹ nec eā i corde diligim⁹ nec eā i ore vt p̄dictū ē p̄
 dicam⁹ nec etiā eā ope adīplem⁹ sic aburimur sacer
 dotij dignitate. Ad hoc sit verū attēdite q̄ scribunt

Malachie. i. labia sacerdotis custodit scias & legē
 reqrunt ex ore eius. quia angel⁹ dñi exercituum est.
 Ubi mox subdit vos autē recessistis a via scandalisa
 tis plurimos in lege irritū fecistis peccatum leui di
 cit dñs exercituum. ¶ Propter quod dedi vos p̄tēpti
 biles & humiles omnib⁹ populis quia polluistis sano
 ctuaria mea. Et hec tā bene considerat sicut in alijs
 Mā qui deberent esse tēpla spūssancti fecerūt de ipsis
 speiuncas latronū seu demonum. Ubi enim maior es
 mulatio peccatorū nisi in sacerdotib⁹ qui non solum
 in se omni iniquitate sunt pleni sed etiā alijs sunt oca
 casio peccādi & ruine eterne dānationis. Quia bene
 designauit dñs cū defleret ciuitatem hierusalē. nam
 mox irauit tēplū & corripuit sacerdotes & eoz expu
 lit negociatores ac se eijs cōsūdētes & ementes dice
 ret. Vos fecistis errare populus meū / vos estis cas⁹
 illoz qz nō fuistis solliciti de amore & salute eoz. sed
 de abolutiōibus & auaritijs vestris solliciti fuistis
 ex quib⁹ vna cū populo supbia: & lasciuia & voluntas
 sevipistis. Sicut & nūc sacerdotes sibi inuicē: iniqui
 tate p̄gregatur: nūc ī adulterijs: fornicatiōib⁹: nunc
 in incestibus carnalibus: nunc in mulierum amoribus
 nunc in concubinarū cōhabitatiōib⁹ in oculis: in am
 plexis et in meretricū cōmercijs. Et sic in talib⁹ pec
 catis stātes diuinis se iegerūt grauissime peccantes:
 qz deum suum crucifigūt: et eum in fetidissimas clo
 acas corporū suozū proijciunt in eternam dānationē
 suarum animarum. ¶ Nunquid iudas in tantis pec
 catis certe non. quia iudas christum semel tradidit
 postea nimis doluit. Et penitētia duc⁹ laqueo se su
 ipēdit desperans de dei misericordia. ¶ In quo ma
 gis deum offendit q̄ in eius traditionem: quoniam

Capitulum

si veniā q̄ siuisset veniā vt petrus apud deū inuenisset.
 Nostrī autē sacerdotes p̄cipue qui sūt fornicarij aut
 aliū de luxuriosi: tabernarij: lusores: symoniaci: pro-
 prietarij. ac in alijs pctis mortalibus celebrant de q̄
 bus nō sūt absoluti. q̄uis decies illo sint confessi: q̄
 nō vere contriti interim q̄ cōcubinarij suas muliera-
 culas ī domo vel alibi retinēt proprietarij sua ppria
 symoniac⁹ suū beneficium quod per symoniam acq̄
 fuit. Et est verelamētabile quid z magnum malus.
 Nam stat presbyterū ad triginta annos aut plus cō-
 fecit cōcubina aut religiosus in monasterio cū pprie-
 tate sua zc. cui in tot annis nō est dimissum minimus
 etiā peccatū quotiens est confessus etiā si pape fuisset
 confessus: q̄ de omnib⁹ nō est contrit⁹. z q̄ deus
 gratiā suam non diuidit vt etiā superius habes. Et
 sic tales quotiēs celebrant totiēns sibi pena quā sus-
 stinēt cayphas z pylat⁹ augmētat. **Q**ui frater cordi
 itime attēde si mihi aliū ī sacra scriptura q̄ cor tuus
 induratū mollificet ad reiiciendā a te tuam validam
 omnem aliā peccandi occasionē z merito verba Au-
 gustini omni memoria dignissima deberēt cor tuū ad
 verā contritionē emollire. Et hec sunt verba beati
 Aug. **N**allem sustinere penam cayphe herodis z py-
 lati. q̄ penā sacerdotis iudigne celebrantis. modo
 digne celebrat omnis q̄ scienter in peccatis mortali-
 bus celebrat vt sunt omnes proprietarij: cōcubina-
 rij lusores in cartis et cetera. **Q**ui frater quotiens
 tibi penas istorū trium damnatorum in viginti trib⁹
 annis acq̄sisti iterū quoniam cōcubinā possidisti cetera
 te totiēs quotiens iterū celebrasti. **Q**ui deus q̄ p̄-
 funde tuā aiām in profundū baratri eterne damna-
 tiōis dimersisti. **N**ec mireris q̄ sanctus Augustinus

talia dicit verba. Judas enim semel indigne comedit et
 in eum sathanas intravit. In istos etiam quotienscumque
 sumunt intra et eos possidet, quia sibi iudicium man-
 ducant et bibunt non dijudicantes corpus domini a cibo pro-
 phano et immundo. Sicut dominus conqueritur per Ezechie-
 lem prophetam, cap. xij. dicens. Inter sanctum et probanum
 non habuerunt distantiam inter pollutum et immundum non
 intellexerunt. Ne ebrietatibus sacerdotum et tabernas
 frequenterantibus qui potant de mane usque ad vesperras
 et estuant vinum ubi resonat cythara lyra et tympanum in
 convivio eorum et opus domini non recipiunt. Uere quod non
 sufficit talibus sacerdotibus ebrietati deseruientibus
 ut hic damnentur sine condone precioso corporis et san-
 guinis dominici, ut dicitur in canonibus apostolorum.
 Sed ut bibant de vino terre et repleantur amaritudine
 fellis inebrientur ab ynteo et fletu et stridore dentium si-
 ne fine. Propter quod dicit Ezechiel v. Infernus aperuit os
 suum ab usque vltimo termino: quia non solum ipsi sed etiam
 eorum subditi damnantur sicut ibidem dicitur. Pro-
 preterea captivus ducitur est populus meus usque in infernum
 sicut populus iudaicus in babilonem, quia non habebant a
 suis sacerdotibus viciam quam potius studet in deliciis quam in ora-
 tione et opere predicacionis et quam positi sunt hominum pastores
 hi studet ipsius dyaboli esse venatores. In signum cuius
 pascunt canes natos et accipitres, qui pascere debe-
 ret corporaliter et spiritualiter pauperes christi fideles cum
 scriptum sit. Nolite sanctum, id est christi primum dare canibus
 sed potius sanctis in quibus esurit christus. Unde Hiero-
 nimo. Venator erat / quia peccator erat. Et penitus
 scripturis sanctis non invenimus aliquem sanctum fuisse
 venatorem. Sed heu quidnam dicam quidam venatur
 feras in silvis / quidam vero feminas in choreis.

Capitulum

ta infania sacerdotum nesciunt miseri quod quot saltatim
ciunt sursum tot saltatim passus in infernum / non ducunt
chorum angelorum siue christi ad dexteram in eius iudicio
collacadas ut cum eis audiat. Venite benedicti patris
mei precipite regnum quod vobis paratum est ab origine
mundi. Sed ducunt chorum dyabolicum siue hedos
fetentes in luxuria ad sinistram ubi cum eis audiat.
Ite maledicti in ignem eternum. Sicut quodam fecerunt
romani precipue sacerdotes ydolorum litetes coram ydolis
saltabant et incuruabant se multiformiter flectentes
genua sua et membravit ydola ad iniam puocarunt. Sic
nunc sacerdotes in dedicatione ecclesiarum saltant et ydola
id est meretrices ad sui voluntatem et lasciviam imple
dam inuitent. **O** mi frater non sufficio de vobis sacer
dotibus ammirari quod tam negligentes estis ad resisten
dum vicijs et precipue peccato luxurie cum tamen non sit
vicijs quod vos ita dehonestet et animam vestram
denigret sicut luxuria. Nam si presbiter sit avarus /
ysurarius gulosus. et c. solum non sit luxuriosus tunc
omnibus hominibus habetur sanctus et honestus. Si
vero de alijs vicijs est innoxius sed vacet solummodo
luxurie contemnitur ab omnibus hominibus tanquam
presbiter viciosus. Cum tamen vos viri sitis viriliter
pugnare contra mundum. carnem dyabolum et contra
omnia vicia. Sed mulier dicitur quasi molis aer et ta
men reperuntur mulieres quod in maximam dico con
fusionem vestram que inuicibiliter pugnant contra om
nia vicia et contra carnis immundiciam precipue luxuriam
vsque ad mortem. Quapropter tibi in omnibus simili
bus tui sacerdotibus et hoc in erubescencia omnium vestrum
scribam deyna matrona legitima de qua scribit beatus
Aug. in libro de ciuitate dei sic dicens. **E**rat que

dam mulier romana nobilissima morib⁹ et gratia no-
mine Lucretia vxor collatin⁹ q³ cū vna die filiū tarq³
īperatoris noīe Sextū ad castrū suū iuit assz. Sext⁹
vero mox rapt⁹ pre pulchritudine illi⁹ mulieris lu-
cretie tñ nō fuit ausus q³ desiderare sz expectauit
tēpus oportunum quo imperator et vir mulieris de
roma recederēt in negocijs imperij tum ipse mox est
ad castrū reuersus et ibidem pernoctauit nō vt hos-
pes, sed vt hostis cubiculū lucretie intrauit ⁊ euagina-
to gladio eam vi turpiter oppressit sic mox recessit.
Contingit vna dierū vt illa sic violenter oppressa p̄
doloze patrē ⁊ maritū et vnum consulem imperato-
ris amicū suum inuocaret coram omnibus dixit. Vir
premade noueris vestigia viri alterius fuisse i lecto
tuo, ⁊ narrauit rē gestā. Et subiūxit. Quertū licet sit
violatū corpus meū innocens est tñ animus meus et
sō saluo me a culpa nō tñ a pena. Et si aliqua mulier
velit capere exēpū de mea culpa nō negligat etiā
capere exemplum de mea pena et sic gladio occulto
sub clamide propria manu trāsfixit se ppter immen-
sum dolorē quē habuit de tali turpi actu Quo facto
amici eius gladio arrepto iurauerunt p sanguinem
Lucretie q³ oporteret pgeniem tarquini imperato-
ris eijsi de roma ne in futurū regnet in ea q³ ⁊ fecerūt.
Itā corpus eius rome ad iudiciū deferūt ⁊ seditionē
magnā in populo excitant et tarquinum superbū
imperatorē exultare cōpellūt. Sexto filio eius cri-
minis auctore iterēpto. O mi frat⁹ considera magnā tri-
sticiā hui⁹ mulieris de isto nephādo actu i quo tamē
nō peccauit qz scriptum est. Dimue peccatū a deo vo-
luntariū est q³ si non est voluntariū non est peccatum
et tñ a crimine se puniuit ppter nephandū actū. O mi

Capitulum *iiii*

frater ubi ē pugna tua et oīm aliorū cōcubinarioz cōtra oēs act⁹ luxurie / et aliorū pctōz. cū tñ eē deb cret⁹ tis sanctissimi inter oēs homines qz excellētissimi et dignissimi estis inter cūctas creaturas vt supra paruit Si vero vestra excellētiaz et magnā dignitatē bonis et virtuosis opib⁹ et vobis nō decora bitis tūc idubitatē ter dimerferitis profundū maris scz inferni sub oīb⁹ paganis iudeis et malis christianis. qz estis oleo sanctificationis vincti. ideo vehementis ardebitis i flamma gehēnali qz benedictionē nolulistis et elongabitur a vobis / et veniet sup vos eterna maledictio. Rogo mi frater. Unde hoc qz verecūdanē vocari sacerdotes quidā tōsuram non deferunt quidam coronas abscōdūt quidā tyntinos ex capillis suis extorquet et icrispant quidā nitorem habent in facie vt meretrices fucate qdaz resplendēt in veste vt babylonis filie vt seputchra foris dealbata / intrinseca aut ossibus mortuoz plena et tales decorati sunt ab epra. Int⁹ vero pleni sūt fetore et luxuria / quidā vero icedūt notati et stricti angustiati intantuz qz tunica strictior sic cute siue ventre et multū breuis. Non alia causa omnium istorū est nisi quia sunt luxuriosi. Item quidaz ornāt equos suos ifrenis sellis calcariibus et militariibus seu secularibus armis et vestib⁹ qz vix notant pnt an sint milites dyaboli. an xpī. Quidam vero cingulos aureos argēt eos et sericos deferūt qdā ocreas pedib⁹ sic diligēter adaptant ne aliq ruge appareāt Et sic calceos siue sotulares strictos defert et rostratos vt oculos hominū et p̄cipue mulieribus placeant vñ hec oia nisi ex ocio / quia nō studēt nec orant nec predicāt. Certe si patrimoniu christi vndiqz male expēdim⁹ sicut ille diuersimode male acquir⁹ Ali⁹ nāqz

turpe loquitur alius turpe lucra sectat ali⁹ exercet vsu
 rā alius cōmittit simoniā. Quā de his oībus ait Hiero
 ny. Negociator: ē clericū de ignobili nobilem de pau
 pere diuitē fecit furtiue ad bñficia intrant / nō p osti
 um veritatis sed p mēdacia falsitatis siue p falsas p
 motiōes siue etiā p falsos titulos siue falsas litteras
 alius vero p amicorū intercessores vbi nō propter de
 um sed ppter carnē z sāguinē amicū tribuūt bñficia.
 Alius p cupiditatē z nō recipit sacerdotiū aut bñfi
 ciū vt deo seruiat: sed vt ditē z ocieſ. Ali⁹ aut cū ies
 su vēdit spū sancti grām / vēdēdo sepulturas et res
 sacras z sacrmēta: vel iniungendo pñias quadrage
 nas siue peregrinationes: vt pro eis cōmodū accipi
 at scz pecuniā. Alius aut cuz simonia emit spm scim
 siue p ordinib⁹ vel bñficijs curatis z nō curatis. Sz
 quāta sit iniqtas simonia nesciūt / cū cetera pctā i cō
 paratione symonie p nichilo reputent. Et q̄cqd̄ ex
 auaritia p̄regāt in luxuria expēdūt vlt poti⁹ in alea
 siue taxillis z cartis. Quāta sit illoz maledictio non
 facile cognoscif: qz ibi mēdaciū ibi piurium ibi blas
 phemia ibi lites ibi homicidia ibi certa vicia sine nu
 mero. Rogo te sacerdos tu lufor qd̄ est lucrus tuū in
 taxillis et cartis. Si lucraris restituere teneris saltē
 pauperib⁹ dando: qz male acq̄situm tenere nō pote
 ris. Si pdis tibi nō restituif: qz indignus es recipere
 quod z pessima voluntate deo p̄traria pdidisti. P̄o
 stremo nō ē pars tibi in hereditate dñi nec i dñicis sa
 cramentis / vt dicit i canonib⁹ ap̄loz. Ep̄s aut p̄sby
 ter aut dyacon⁹ alea aut ebrietati deseruiēs aut de
 signat aut certe deponitur. Subdyacon⁹ aut lector
 aut cantor aut psalmista similia faciēs aut designat:
 aut cōione priuet. Cur hoc qz oīs lufor si lucratur lu

Capitulum

cratur infernū si perdit p̄dit celeste regnū. Sūt alij
sacerdotes q̄ bona sua histrionib⁹ tribuūt vt laudāf
ab ipsīs: de quib⁹ psalmista loq̄tur. Laudaf pctō: in
desiderijs aīe sue ⁊ iniqu⁹ b̄ndicif. A quibus aut̄ fit hoc
certe nō ab angelis vel a sanctis vel a sensatis hoīb⁹
sed ab histrionib⁹ vel similis similē sibi laudat. Sunt
radhuc alij sacerdotes et clerici qui sacramētis abu-
tunt in cōiuratiōib⁹ et in cōmutationib⁹ vel in sorti-
legijs vel in suis nouis aut primis missis ⁊ hoc amo-
re mulier⁹ vel pecunia conducti. Primo cingunt se ci-
gulis ad supstitiōes faciēdas. Itē sūt q̄ scribūt p̄tra-
febres aut alias infirmitates hoīz seu aīaliū caracte-
res vel figuras cū ignotis noīb⁹ supponūt aut hosti-
am aut cedulā. Scribūt aut̄ sic. Jes⁹ aut̄ trāsīēs p̄ me-
diū illozibat. Et hoc solū qñ tale euāgelij legitur i
ecclia ⁊ nō alio tpe quasi illa p̄ba euāgelij nō valerēt
alio tpe scripta: nec tñ qñ legit euāgelij ⁊ hoc ē sup-
stitiosum. Vel faciūt cruces in die palmar⁹ qñ passio-
dñi n̄ri iesu xp̄i legit ⁊ sic de alijs multis. Sacerdo-
tes q̄ has supstitiōes vel supstitiosa faciūt p̄mittunt
fieri scienter ⁊ nō phibēt vt dicit Gregori⁹ nō sūt sa-
cerdotes dñi n̄ri iesu xp̄i: sed belial arioli non xp̄iani
nec psbyteri. Ecce qñ cōtra altissimū deum leuamus
calcaneū. Et em̄ comedentes de mēsa ipsius panem
vel vinum. i. corpus ⁊ sanguinem iesu xp̄i cumenter
de quolibet nostrū dicaf illud ps. Homo pacis mee i
quo sperabam ⁊ qui edebat panem meum magnifica-
uit super me supplantationē. Et itē. Qui mecum
dulces capiebas cibos leuasti calcaneum contra me.
Et ideo seq̄tur dulcissimū verbum in om̄es crimino-
sos sacerdotes. Veniat mors sup illos et descendāt
in infernum viuentes. Quare hoc quis contempse-

runt legem meam et polluerunt templum sanctum meum vobis corpora eorum per luxuriam. **Q**ui frater de hoc dicam tibi grande exemplum: et hoc volue et reuolue in animo. **U**bi etiam ortum habuit religio carthusiensium: quod cum magna compunctione audire debes. Sicut patres narrauerunt nobis quod fuerit magnus doctor et presbyter reges actu parisius in theologia magni nominis atque fame: sed lubricus atque peccator qui ad ultimum vite productus est terminum. Amissione tanti viri ut poete tam magistri quam alij clerici vniuersi parisius non modicum contristabantur ad cuius exequias (ut moris est) conuenerunt. Omnibus igitur que ad exequias pertinebant honorifice et rite peractis peruentum est ad hoc ut defuncti corpus poni deberet in sepulchro. **C**ircumstantibus autem clericis qui defunctus erat clamauit dicens. **I**usto dei iudicio accusatus sum. **Q**uod audientes dicti clerici et sacerdotes et magistri non immerito stupefacti inuito consilio retulerunt corpus in ecclesiam in crastinus reservantes. **S**equenti die exequijs iterum celebratis dum vellent corpus ponere in tumulum iterum clamauit mortuus: iusto dei iudicio iudicatus sum: tunc magis ac magis admirati dicti magistri ac sacerdotes conquerentes inter se quid agere deberent dixerunt quod iudicium poterat sonare in bonum vel in malum. **U**bi fuit commune consilium omnium ut etiam vsque in sequentem diem qui defunctus erat intumulatus seruetur quod factum est. **D**iuulgato igitur predictorum rumore sequenti die venit pene vniuersa ciuitas. **E**t cum poneret mortuum in sepulchro parato clamauit iterum et tertio dicens. **I**usto dei iudicio condemnatus sum. **D**icti igitur magistri audito hoc verbo et r

Capitulum

ctatu habitu diligēter dixerūt eū esse damnatū. Erat autē tūc t̄pis quidā canonic⁹ Remens. mag⁹ in theologia noīe Bruno magne sc̄t̄tatis ⁊ p̄fundi īgenij q̄ attente rē p̄siderāsvocavit quosdā de scholarib⁹ suis secrete ⁊ ait illis ecce videte carissimī ⁊ auscultate quid agere debeam⁹ si homo tante sc̄ie tante vite et fame dixit se accusatū iudicatū ⁊ dēnatū quid nos miseri peccatores sperare debem⁹. Ip̄i vero scolares quos vocauerat dicebāt. Magister in omnibus parat⁹ sumus tuo acquiescere cōsilio. Ait magister Consulo nobis oībus vt fugiam⁹ mundus ⁊ oīa que mūdi sunt ⁊ habitem⁹ ī sollicitudine iuxta illud p̄s. Ecce elōgaui fugiēs ⁊ mansi in sollicitudine ⁊ recipiam⁹ ordinē pn̄ie ⁊ securitatis ⁊ addit etiā. Est quidem ep̄s sanctus in partib⁹ burgondie in ciuitate grahopolitana vbi in ei⁹ ep̄atu sunt loca deserta ⁊ pene īaccessibilia eamus ad eū ⁊ eius cōsilio omnia faciemus. Tulerunt ergo septē illi viri unanimēs ⁊ vnius voluntatis Cū vero ītrarēt predictam ciuitatem accidit vt vir sc̄t̄s. s. ep̄s obdormiret in camera sua / vidit q̄ ī somnis. ⁊ ecce septē stelle cadebant an̄ pedes eius ⁊ postea ascēdebāt p̄ diuersos montes ⁊ multa deserta vsq̄ ad locū quēdam horribilem valde ⁊ ab hominib⁹ semotum / steterunt ibi. Euigilante autem dico ep̄i scopo ⁊ de visione stellarum cogitante adest magister Bruno cum socijs suis. Cadentibus autem p̄dictis septem viris ad pedes eius conferebat in corde suo de septem stellis. Nam isti etiam septem erāt viri qui iacebant ante pedes eius. Allevabat autem eos benigne osculans eos. Et inquisita causa et intellecta quare venissent dixit ad eos. Scio locum vestrū vobis a deo paratum / ⁊ duxit eos non sine grādi

labore i locū ubi steterūt septē stelle z ait. Ecce loc⁹
vñ. ibi igitur ab episcopo scđō iuuēte ceperunt edifi-
care. primā domū Cartusien. ordinis que dom⁹ car-
thusia vero noīe nuncupatur. Et sic frater preamā-
de fugiam⁹ de hoc mūdo z sepeliāmur in sancta reli-
giōe z obseruātia regulari / ibi hō viuit puri⁹ q̄scit
securius morat̄ freq̄nti⁹. cadit rari⁹ resurgit facilius
incedit z cauti⁹ mouit cōsp̄ēti⁹ purgat̄ citi⁹ p̄miatur
cnpiosi⁹ nō est vita i toto mūdo tā apta et secura ad
apprehendēdū braui⁹z eterne felicitatis sicut obser-
uantia regularis. Et hoc de sexto capitulo.

¶ De his qui peruersa intētiōe acqui-
runt sibi beneficia ecclesiastica.

Capitulum septimum.

Quid ergo dicemus qui peruersa intētiōe ad
predicta bñficia acq̄rēda anhelant vt luxurio-
se atq̄ splendide z voluptuose viuāt alijsq̄ p̄sint z
dominentur z vt ab hominibus tanq̄ honesti habeā-
tur z venerent̄ p̄pter qđ nullā curā hñt neq̄ p̄sciam
q̄b⁹ dolis aut q̄b⁹ fraudib⁹ p̄cevl̄ mūerib⁹ mēdacijs vl̄
detractiōib⁹ falsis testimonijs violētis aut iturijs
bñficia acq̄rūt dūmō valeāt possessiōes bñficioz ob-
tinere nō verentur neq̄ erubescūt proximos suos le-
dere quos beneficijs spoliānt aut illorum locum sibi
vsurpant z sic alijs p̄esse et non prodesse cupiunt.
¶ Nā s̄m Bernardum sup cātica Dum prelati. i. recto-
res ecclesiarum p̄nt h̄re lucrum pecuniarum nihil cu-
rant p̄ditionem aiarū immo propter auaritiā z in-
numera publica mala. s. fornicatiōes vsuras adulte-
ria symoniā tolerando z dissimulando p̄mittūt Quā-
tum autē malum auaritia sacerdotuz faciat in plebe
audire cū horrore. p̄trus ei remanens cōtractās

Capitulum

Nls Exod. xxxj. qđ dicit aaron aux dederūt michi ⁊
 proieci illud in ignē ⁊ egressus hic vitulus sic inquit
 O auare sacerdos audi aux tibi datū est ⁊ nō habes
 illđ de tuo p̄monio vel labore: s; ex oblatione fide-
 liū. S; acceptū aux in ignē mittere est ipsius cōcu-
 piscientia cordis hoīm inflāmare. ignis em̄ signat ar-
 dorem auaricie ⁊ hūc ignē ab eis mittit: quoz exem-
 plis maxime agit ⁊ ardēter ardet: maxia em̄ in pplo
 pturbatio ē clericoz auaritia: deīn luxuria et supbia
 ppter qđ km sc̄m Ber. in districto dei iudicio iudi-
 cant nō solū qz in his peccanerūt: s; etiā iō qz suis ne-
 phādis exēplis rudib⁹ ⁊ simplicib⁹ occasionē peccā-
 di dederūt ppter qđ ēt ī hac vita corda eoz idurāt q̄
 raro aut nūq̄ penitēt p̄cipue hi q̄ peste luxurie at a-
 uaricie infecti sūt: qz a nullo volūt corrigi nec alicui⁹
 informationē accipe. Liti⁹ em̄ decē laici vel plures
 ab errore suo reuocāt q̄ vn⁹ cleric⁹ vel l̄atus puer
 se uiuens. Et iō in sensum reprobū multi tales tradū-
 tur cecitate iusto dei iudicio pcutiunt ⁊ tenebris pec-
 catoz obscurāt vt lumē gr̄e p̄cipere nō possit. Et de
 talib⁹ clericis ait bt̄s Aug. dicēs. Mai⁹ p̄iudicius
 de⁹ ab oib⁹ in mūdo nō patit q̄ a sacerdotib⁹ carēti-
 bus sc̄ia ⁊ vita p̄cipue vita vt supra hēs. Itē. lxxxij
 di. in. c. Nemo. vbi d̄. Nemo in eccl̄ia plus nocet q̄
 q̄ puer se agit nomē ⁊ ordinē sanctitatis vel sacerdo-
 tij habēs qz hūc null⁹ redarguere p̄sumit q̄ turpiter
 clerici iā uiuant: p̄t̄da oculū: qz est vix tā vile officii
 um tā abiectū opus qn reperiat sacerdos q̄ illđ accē-
 pit dū vnus est p̄curator alter coquinarius alius to-
 lonerarius vni⁹ cāpsoris alter tabernarius: alter ca-
 merarius vel vernacul⁹ vni⁹ mulieris. Ille discurret
 q̄ tabernas mēdicēdo alter p̄ villas seducendo. Ille

peragit negocia p̄ncipū alter causas militū atq; ali-
 as vtilitates ⁊ hoc t̄m p̄pter t̄pale lucrū. Illi p̄o de
 p̄monio iesu xp̄i ac elemosinis fideliū ditati sūt i ci-
 bis potib⁹ ⁊ vestib⁹ delicate viuūt cū magna fami-
 lia tanq̄ p̄ncipes aut barones. p̄p̄ose incedūt et i
 vanitatib⁹ mūdani fr̄q̄nter exultant oīa solacia lu-
 dos ⁊ deductiōes seculares cū puellis aut mulierib⁹
 alijsq; varijs hoīb⁹ quasi sibi licita exercēt. Insup in
 culpari nolūt neq; redargui immo ex his honeste cō-
 uersari ⁊ sociales vocari volunt ⁊ inde etiam lauda-
 ri cū b̄nficia sint propterea fundata ⁊ eis data vt ma-
 gnū statū corā hoīb⁹ ⁊ d̄m teneant ⁊ in solacijs et
 vanitatibus sp̄viuant. Ad vtq; fundatores b̄nficio-
 rū nō intendebant vt ad talē abusum reddit⁹ b̄nficio-
 rū expēderent. Et propter hec ⁊ his similia multi lai-
 corū ab elargitiōe elemosinarū ⁊ fundatiōe b̄nficio-
 rū retrahunt. Sicq; viluit sacerdotiū ⁊ quotidie vi-
 lescit ⁊ multi erubescunt clerici fieri vel suos p̄mitte-
 re clericari: ⁊ si clerici efficiunt: t̄m p̄uersa intentione
 hoc fit. Nā diuites hoc faciūt p̄pter pinguiores pre-
 bendas. p̄p̄es vero ideo qz leuiori ⁊ meliori mo-
 do se nutrire p̄nt. Ad t̄m maxime reprehendit beatus
 Greg. dicens. Si q̄s gradus eccl̄iasticos ea int̄tio-
 ne vel beneficia acq̄rit vt habeat inde vite necessa-
 ria hic p̄uerso ordine vult celesti mercari lōge ei me-
 lius esset sibi mendicare aut arare vnde viueret. De
 deus vbi nunc sunt funiculi caritatis per quos anti-
 qui patres trahebant ad p̄laturas ⁊ curam animarū:
 omnes vero cōbusti sunt. Nam q̄tūcunq; difficultio-
 res fuerunt antecessores nostri / tāto nūc p̄optiores
 ⁊ velociōres sunt moderni p̄fes ad suscipiendū regi-
 men animarū. Unde bonauentura sic ait. Adoder

Capitulum

no tpe regimina periculossima sunt ppter anexam su
perbia ppter subditoꝝ insolentiaz ppter regē di im
peritiam / ppter crescendi malicia. Ex quo pꝛ q̄ q̄
platuras aut bñficia curata appetunt magno piculo
cōmittunt. Reperim⁹ eim in scripturis q̄ isti gētilēs
paganī et incredulī fuerūt valde difficiles ad susci
piendū regimē populi. ¶ Un̄ legit in cronicis q̄ qui
dam paganus dñi ei oblata fuisset corona ⁊ vestis im
perialis respiciens ista ait. **D** pannū magis nobilem
q̄ felicē quē si q̄s debite attendat quātis sollicitudinibus
⁊ miserijs refertus nec tacentē in luto tolleret
Et iō viri morati ⁊ boni religiosi reputāt se ifelices
cū vocant ad exteriores curas ⁊ dignitates prelato
rum. Et hē infelices sūt: q̄ multis malis ⁊ piculis ex
positi sūt magnis. ¶ Exēplū cape ī quētu dñi ī quo
dñs duos p̄ ceteris exaltavit q̄ tñ postmodum p̄ alijs
lapsi sunt scz petrū in spūalibus ⁊ iudā in temporalibus.
¶ Item legitur exēplū q̄ quidā canonic⁹ Thu
roneñ. intrauit ordinē cisterciēsiū: post obitū vero su
um apparuit in pōtifficalib⁹ vestimentis in claritate
magna cuidam canonico olim dilecto suo amico di
cēs. **Q** fugi dignitatē ⁊ gloriā seculi ne ep̄s effem:
nam bene intellexi me a vobis eligi in ep̄m tanq̄ ma
gis idoneum / modo quid dicā ob hoc fecit me deus
ep̄s paradisi. Et e contrario de alio episcopo legitur
qui intrauit sicut vulpes et regnavit sicut leo ⁊ tan
dē exiuit sicut canis. **M**ā quidem devotus homo erat
in ciuitate Thuronen. qui consuevit venire quotidie
ad matutinas. Una vero nocte estimabat q̄ esset
pulsatum et venit ante horam et tamen inuenit ian
nuam ipsius ecclesie apertam quo intrauit et orauit
retro statuam siue columnam. Tandem vidit lumen

maximus intrare et angelos a portatibus throni lucidum
 et summum iudicem sedentem in illo throno et angelos
 ei assistentes. Tunc venit beatus martinus cum multitu-
 dine sanctorum accusantes episcopum illius ecclesie multis fla-
 gitis / et quod tam indignus auderet occupare cathedram
 beati martini. Citatur ille et mox eadem indutus pontifica-
 libus sedens in cathedra / accusatur de multis malis
 suis. Ipse vero obmutuit. quia vera erant omnia. Tunc
 dominus iudex quasi indignatus ad accusationem san-
 cti martini aliorumque sanctorum eum cum pede evertit et
 sic iudex recessit et omnes sancti cum eo. Ille autem qui
 viderat mox ad domum episcopi cucurrit et familiam excita-
 uit rogans ut videret quid erga dominum eorum age-
 retur. Qui ingresses eum mortuum in lecto iuenerunt
 quia deus evertit sedem suam et voluit illam alteri me-
 liori sedare. Juxta illud Ecclesia. x. Sedes ducum super
 borum destruxit deus et sedere fecit mittes pro eis. **S**
 preadanda de fratre considera exitus istorum duorum. Pri-
 mus fugit episcopatum in humilitate cordis: et ideo fe-
 cit eum dominus pontifex paradisi. Secundus in am-
 bitio assumpsit et intrauit episcopatum et male se re-
 pit et pessime vixit / ideo fecit eum dominus pontificem
 inferni. Ex quibus habemus quod quilibet nostrum cauti-
 us fortius conseruat suas bonitatem et iusticiam in imis
 quam in superis. Immo et sanctus martinus dixit de se quod
 maiorem gratiam sanctitatis senserit in se ante episco-
 patum quam in episcopatu. Ante episcopatum duos mor-
 tuos resuscitauit in episcopatu tantum unum.

Et hoc de septimo capitulo.

De pluralitate beneficiorum.

Capitulum octauum.

Sed de clericis q̄ beneficiorū habent pluralitatē
 ait Bernardus, Omnis redditus beneficiorum
 pro nomine xp̄i sunt eo q̄ xp̄s precioso suo san-
 guine huiusmodi promeruit. Ideo de illo clerici sa-
 cerdotes nō debent thesaurizare nec consanguineis
 ditare neq̄ meretrices vestire nec in delicijs et volu-
 ptatib⁹ bona cōsumere. S; moderate ex his redditi-
 bus debent vivere et superfluum pie ī man⁹ pauperū
 ⁊ xp̄i fidelium largiri ac baccalarios paupes iuvare
 ad magistrerū ⁊ magistros iopes ad doctoratū ad sā-
 cte m̄fis ecclesie decorē fidei catholice defensioē. Itā
 q̄cqd̄ p̄ter necessitatis vicium ⁊ simplicē vestitū retinēs
 tuū non est rapina sacrilegium est. Huic concordat
 Bonaventura specialiter de canonicis dicēs q̄ ipsi
 paucis debent esse contenti ⁊ vnicum beneficium cum
 dei timore habere ⁊ illud devote deseruire sciētes q̄
 patrimoniu iesu xp̄i pro peccatis populi est designa-
 tum pro stipendio seruitutis. Sicut scriptū est pecca-
 ta populi mei comedūt. Et subdit, Te aut̄ illis q̄ ha-
 bēt plura beneficia p̄ vicarios distributum. Ip̄s̄i sol-
 lunt lanā / sed de ouibus nihil curāt. Et verum erit il-
 lis quod dicitur, Qui pluralis est beneficijs pluralis
 erit in penis. Sed ipsi dicunt, Ego habeo dispensatio-
 nem. Dic mihi nūquid tecum dispensare potest pape
 vt sis auarus in cōgregando diuitias vt accipias et
 nō deseruias in missis ⁊ horis canonicis / vt res eccle-
 sie retineas vel expendas. Dico tibi secundum Bo-
 nitiū, q̄ sic dispensare est cū licentia pape in infernū
 intrare. Et nota bene hoc aduerbiū sic quia dispen-
 sare sine necessitate est in infernū cum licentia intra-
 re. Item aliqui dicunt et replicant. Nobilis sum aut
 doctor siue magister in theologia et sic ad honorem

meum multū indigeo. Respōdet btūs Bern̄, dicens
 Sigloriosus corā hoīb⁹ esse uelis accipe de patrimo
 nto tuo qz de elemosinis hoc nō licet. Et statim subdit
 De altari tibi uiuere concedit / non autē luxuriari aut
 supbire aut pōpas exercere. Item plures reperiunt
 clerici qui p totā viā suā pgregant ⁊ thesaurisant ut
 in fine uite sue testamentū disponant vel ecclesiāz or
 nēt picturis vel tabulis ut suis charis amicis presbi
 teris pntias ordinēt in eorū āniuersarijs non ppter
 necessitatē / s; ppter uanā gloriā meli⁹ utriq; esset hu
 iusmodi bōa ī man⁹ pauperū xpī agētū erogare sicut
 fecit uenerabil̄ Guillelm⁹ pisien̄, ep̄s put de eo in li
 bro spū legif. Sicut in eodem libro legif de alio uene
 nerabili archiepo Mauricio noīe Ubi cetera laudū
 ei⁹ p̄conia narrat qd ipse erat sibi valde parcus pau
 perib⁹ uerolargissim⁹ uix enim cū patiētia potuit ui
 dere qd pcuratores sui tota familia sua in die tres uel
 quatuor libras expēderēt cū tñ ei⁹ elemosinarijs oī die
 decē aut duodecim libras erogaret. Itē cū p̄dict⁹
 ep̄us p̄putaret annos reddit⁹ iue diocek. ad duode
 cim milia libras: dixit yconomis seu pcuratorib⁹ suis
 De his. xij. milib⁹ libris argenti pro familia nostra ⁊
 victu nro duo uel tria milia ad mai⁹ seruetis. In re
 liquis redditib⁹ nihil iuris habeo pauperū sunt et iō
 pauperibus dispensandi sunt: quia me sub iusto iudi
 ce strictissimā rationē ⁊ computationem reddere oī.
 Quāti autem sit periculi plura habere beneficia ec
 clesiastica in p̄narrato libro narratur ubi scribitur
 Voluit qd cūq; hęc legerit sciat me eo āno dñi fuisse
 parisi⁹ ubi uenerabil̄ Guillelm⁹ episcopus parisiēn̄.
 qm̄ in theologia reperat conuocationem fecerat fra
 trū predicatorum in generali p̄gregatione doctorū et

magistroꝝ preposita questione de pluritate bñificio
rū habita longa cōtrouersia ⁊ disputatiōe. Tandē p̄
batū et cōclusū finaliter fuit p̄ dictū ep̄m Guillelmū
et per magistrū Hugonē fratrem ordinis predicatorū
et p̄ cardinales romane curie. s. Saufredū ⁊ alios du
os q̄ plura bñficia dū mō vnū q̄ndecī libras mouete
parisiē. valeret de iure sibi possidere non posse. ⁊ hec
cōclusio postea i diuersis disputatiōib⁹ generaliter ē
approbata. Itē ante tres ānos temporis p̄diderent
habita fuit valde solēnis disputatio in p̄dicti etiam
ria i qua omnes doctores theologie vnanimiter p̄dic
tam cōclusionē cōciuserūt. Exceptis duobus quo
rum vn⁹ fuit magister Philippus cancellarius pa
risiē. ⁊ magister arnold⁹ postmodū ep̄s. Ambien
sis. Quō sūt cum predicto philippo cōtingit audia
mus. Agonizāte p̄dicto philippo prediet⁹ guillelm⁹
ep̄scop⁹ parisiē. eū ex caritate visitauit rogans eus
humiliter vt suā opinionē de pluralitate beneficio
rū corrigeret seu deponeret ac sua bñficia vno exce
pto resignaret p̄mittens ei q̄ si cōualesceret tūc vel
let ei redditib⁹ ecclesie cathedralis p̄uidere. ille no
luit ei dixit se suā opinionē experiri alibi videlicet en
dammabile sit plura possidere beneficia ⁊ sic mortuus
est Post paucos dies cū predictus ep̄scop⁹ matuti
nas nocte orare vellet vidit iter se ⁊ lumē ymbra hor
ribilē: hoc vidēs signauit se signo crucis ⁊ precepit
ei per nomen domini nostri iesu christi q̄ si possibile
esset tamen ei loqueretur. Cui in hec verba ymbra
respondit. Alienus sum a deo sed tamen misera eius
creatura sum. Et ep̄scopus ait. Quis es tu? Qui
respondit. Ego sum philippus miserimus cancel
larius parisiēsis eterna et amarissima morte damna

tus Dixit ep̄s. Quibus dānationis q̄ est cā respondit
 tres sūt caule. Prima ē rescentes annuos fructus con-
 tra paupes tuas de reseruau veteres quos habui in
 vsus pauperum non distribui cum tamen illoz esset
 Secunda q̄ pluralis in bñficijs fuit et contra verita-
 tem ⁊ scientiam plurimozū opinionem meam de plu-
 ralitate beneficiorum defensau. Tertia causa et illa
 et grauissima omniū quia vicio luxurie publice ī scā-
 dalum multozū multo tempore laboraui. Q̄ mi fra-
 ter multum p̄amāde hoc aduerte / si habes aures au-
 diendi audi et intellige statū tuū dānosus ⁊ scādalo-
 sum. Noli plus diligere tuā dyabolicam dālidam q̄
 deū / vitium luxurie q̄ eterna gaudia fetidā meretri-
 cem q̄ gloriosam virginē mariam et immundas pec-
 catricē plus q̄ vltam et conuersionem sanctam et
 deo carā ne tibi cōtingat sicut huic philippo miserrī-
 mo doctori cancellario damnato. Qui etiam in terro-
 gauit episcopum est ne mundus finitus. Respondit
 episcop⁹. Valde miroz te esse litteratissimum virū et
 hoc iterrogas cū me adhuc viuū cernas ⁊ me oēs vi-
 uētes necessariū sit prius mori ante q̄ mūdus finiat
 Qui dānatus Noli de hoc mirari qz nec scientia nec
 opus nec rō est apud inferos quo tu pperas. Eccle-
 sia. ix. Et hec dicēsymbra eua nūit Episcopus aut ē
 hanc visionē clericis suis in predicatione recitauit.
 Itē de hac materia ⁊ determinatione doctorum tan-
 git sanctus Thomas ī quolibeto suo. xj. volens et: ā
 si q̄s dubitaret an liceat habere plura beneficia ⁊ ma-
 nente tali dubitatōe plura adhuc retinet beneficia
 periculose cōmittit. Et sic absq̄ dubio peccat vt pe-
 te magis tēporale lucrum amans q̄ propriam salu-
 tem. Et sic fecit contra doctrinam beati Augustini

Capitulum

qui sic ait. Elige certū ⁊ dimitte incertum. Sed pessima malicia exerceat eos ut nō videāt viam qua itur ad astra. Et hoc de octauo capitulo.

¶ Sequitur nonum capitulum.

Non licet habere bñficiū qui habet sufficiens patrimonium.

¶ Capitulum nonum.

Non solum autē clerico non licet habere plura beneficia sed nec vnum de iure potest qui habet sufficiens patrimonium, ut habetur. xvi. q. vltima in fine. Et in ca. clericos. j. q. iij. Et sūt verba beati Hieronimo. ad Damascentū papam. Clericos illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari quibus parentum aut pinguorū nulla bona sustrahātur. Qui autem ex bonis parentum et suis opibus sustentari possunt / sic illud quod pauperū est. i. redditus beneficiorum recipiunt sacrilegium committunt et per abusiones talium iudiciū sibi manducant et bibunt. Quid autem sit sufficiens p̄rimonium relinquitur arbitrio boni viri. i. dictami ne recte rōis. s. si in qualitatē ⁊ statū sue persone hēat de suo patrimonio victū et amictū. Ex quibus patet q̄ si clerico sufficiūt p̄pria non habebit ecclesiastica ut habet. xvi. q. j. quoniam quicquid et cetera. Hoc etiā sentiūt notabiliores doctores sacre theologie ⁊ iuris diuini dicentes q̄ habent sufficiens patrimonium ⁊ habebit beneficiū ecclesiasticū ea que de beneficio percipit notabiliter tenetur elargiri in manus pauperum alias mortaliter peccat. Dicit enim glosa circa canonē superius allegatū si abundantes aliquid recipiūt de bonis ecclesie. i. redditus beneficiorū siue p̄sentes absentes. Licet em̄ scdm̄ rigorē iuris non possit sua portio denegari quia nemo tenet suis p̄prie

stipēdijse militate: mortalit̄ tñ peccat, si ex sua cupiditate
 tate reseruat. Hostiensis tñ & Ultricus dicūt q̄ clericus
 qui habet sufficiens patrimoniu si deseruit ecclesie
 sue alteri pōt de eius bonis sustentari. Si vero nō
 deseruit vel in malos vsus uertit peccat mortalit̄
 Secūdn̄ tamen p̄dictam et veriozem conclusionem:
 scz Joannis andree Laurentij & alioꝝ securius est &
 tutius quo ad consciam et salutē q̄ clerici q̄bus sua
 sufficiūt, vel q̄ sufficiēs hñt patrimoniu nō habeant
 ecclēastica bñficia. Nisi forte vt bōi dispēsatores red
 dit⁹ beneficij vel bñficioꝝ huiusmodi totaliter distri
 buant pauperibus & sibi p̄s nihil ex eis reuēt. Nam
 secūdn̄ quod dicit Prosper ī libro de vita contēpla
 tiva. c. x. Et sūt v̄ba spūs sancti. Peccata populi mei
 comedunt. Ubi secūdn̄ eundē aduertendū ē diligen
 ter q̄ nō habētes p̄pria vt religiosi vel monachi vel
 alij paupes clerici q̄ paz habēt suscipiētes elemos
 nā seu redditus non recipiunt peccata iz alimenta q̄
 bus p̄ sua necessitate indigent. Ita diuites & hi q̄b⁹
 bona sua sufficiūt p̄cipientes beneficiorum redditus
 aut oblatiōes aut quotidianas distributiōes nō p̄ci
 piunt alimenta: qz illis abūdant, sed aliena peccata
 p̄cipiunt & suscipiūt non deseruientes apud deū pro
 viuis & mortuis quib⁹ bonis vtuntur: quia procurato
 res sūt, debēt ei sacerdotes caste & inocēter & sc̄tē vi
 uere, qd̄ de patrimonio p̄p̄riū vt eoz ofones sint
 accepta ap̄d deū oipot̄ ē: vt sic possint iuuare aīas ī
 purgatorio existētes, illoꝝ q̄ p̄ pct̄is eoz bōa illa ob
 tulerūt. Nō tñ ei valet de p̄catio iusti assidua. ¶ Uñ
 legim⁹ in vitrea patrū ordinis predicatorū de fratre
 doctore yuone quodā puineiali in terra sancta, hu
 mili & deuoto q̄ semel p̄ matutinas orabat in eccle

Capitulum

fia. Cūq̄ leuasset oculos s̄sus lāpadē vidit vmbriam
 quasi nius fratris stantis in habitu sordido et nigro.
 Cūq̄ quereret ab eo quis eēt r̄ndit. Ego sum frater
 talis q̄ nuper obijet vivens tibi specialis fui. Querē
 te autem ab eo quomodo sibi esset. At in statu saluā
 doꝝ sum sed quindecim annis durissimā sustineo pe-
 nas purgatorij. Cūq̄ quereret ab eo quare tam du-
 re deberet puniri qui tam religiose et deuote et feruē
 tervixisset r̄ndit. Noli querere cur hoc fiat. Mā eq̄s
 simum est iudiciū dei: quia deus non potest errare s̄
 rogo te mihi subuenias. Prior vero promissit se libē
 ter facturum quod peteret. Cūq̄ dies illuxisset pre-
 dict⁹ prior cepit se p̄parare quāto deuotus potuit
 ad missam. Et cum consecratam hostiam habere in
 manibus cepit deū rogare sub his verbis. Domine
 Jesu christe si soldan⁹ rex babylonie vnū in vinculis
 teneret et camerari⁹ eius q̄ ei viginti annos seruisset
 et pro seruo suo talē captū peteret sibi donari solda-
 nusq̄ ei nō denegaret. Domine deus me⁹ non sis
 ergo durior soldano rege saracenoꝝ: camerari⁹ tu⁹
 sum et seruiui tibi iā multis ānis Tenes igif captiuus
 dilectū fratrē pro seruitio meo peto mihi eū donari.
 et tua clementia et misericordia q̄ est sup omnia opa
 tua. Cūq̄ diu ista verba cū lachrymis multū non t̄n-
 semel vel bis sed pluries orasset post multas lachry-
 mas missam finiuit. Sequenti vero nocte stans in ora-
 tione post matutinas dictū fratrē vidit ante se stan-
 tes habitu cādidissimo et p̄claro. Quesiuit ab eo q̄-
 modo sibi esset. Respondit benedicta sit hora in qua
 tus sum ab omni pena quindecim ānoꝝ et ecce ad
 societate beatōꝝ va do: peristi em̄ me tibi dari a do-

mino ⁊ dedi me tibi. His dictis euauit. Et ips. Ecce
 ꝑ bonū ⁊ ꝑ iocundū habitare fratres in vnū. ꝑro
 hac vnione ⁊ concordia orabat xps ad ꝑrem dicens
 Job. xvij. ꝑater serua eos quos dedisti mihi vt sint
 vnū sicut ⁊ nos vnū sum⁹. ¶ Bonū ē ergo ⁊ multum
 necesse post mortē hꝑe vnū bonū ⁊ fidelē amicus qui
 oret pro eo. Mi frater ꝑpende et mēte deuota au
 sculta. Sed si iste ꝑior fuisse sacerdos lubric⁹ ⁊ ha
 buisset pulchrā dālidam sicut tu habes fuisse ꝑꝑie
 rarius aut symoniac⁹ supb⁹ lusoꝝ aut alio vicio mor
 tali quocūqꝫ maculat⁹: nō sic vtiqꝫ eius ofones fuis
 sent accepte apud deū sic qꝫ per vnā missā penas
 vꝛꝫ quīdecim āꝑoꝝ ipi⁹ purgatorij relaxare potuis
 set fratris vnj⁹. ¶ ꝑtū valet oꝛo vnus iusti assidua
 Nunc considera mi frater tu ⁊ tui similes in tali statu
 in quo heu iam cum tua dālidā perseuerās per. xxij.
 annos fuisti quot animas liberāsses a purgatorio.
 Cū tñ totiēs tu diuina celebras: totiēs ipm deū quē
 placare deberes ad iracundiā quātū in te est provo
 cas et non sine causa. Quā totiens eum crucifigis ⁊ in
 cloacā immūdiſsimā corporis aie tue crudeliter ꝑij
 cis. ⁊c. Quomodo poteris placare iudicē cū tu plus
 qꝫ milesies reus sis mortis eterne cuius filium tā cru
 deliter ihonorasti. ¶ In Bꝛeg. Cū is qꝫ displicet ad in
 tercedēdū mittit tūc iudicis animus plus ad iracun
 diam ꝑrouocat qꝫ placatur. Si vero tu et tui similes
 aliqd ꝑ aīabus facitis: oportet qꝫ hoc fiat ꝑ sacramē
 tū eucharistie qd ita ꝑuz et integrū est in manib⁹ ve
 stris sicut in manibus sanctissimi sacerdotis. Et hoc
 ideo qꝫ vos estis ministri scē ecclie quā deus diligit
 ꝑꝫꝫ ꝑetōres scis. Sz scriptū ē: qd iustū est iuste exe
 queris. Et ideo sanctius esset obmittere scēn opus

Capitulum

et iustum nisi sancte iuste perficeretur. Non enim vobis meremur sed adverbis. Nam aie in purgatorio existētēs bñ sentiunt qñ vnus bonus ⁊ sanctus p eis orat: aut qñ vnus lubricus ⁊ crimosus. Nam legitur ex emplū q quidā post mortē apparuit amico suo carissimo qui interrogauit eum de statu suo qui dixit se in magnis penis purgatorij esse. Rogans vt pro se orationes fieri faceret. Cum autē ille dixeret an vellent suo plebano habere qui erat totus vitiosus ⁊ publicus concubinaris. Ille nichil respondebat: s; more renuētis caput mouebat. Deinde nomīauit sibi quē dā heremitā castū et probū ⁊ sc̄m virum Cui ille dixit. Utinā ille pro me oraret / cito me a penis purgatorij liberaret. Et hec de nono capitulo.

De his qui redditus bñficiorū dāt non indigentibus. Capitulum decimum.

De his qui redditus bñficiorū dant nō indigentibus sed suis diuitibus amicis dicit hoc sc̄m. q tales raptores sunt et pauperib⁹ ad retributionem tenentur: aut priuēt bñficio suo a quo huiusmodi redditus perceperunt: vt patet. xij. q. ij. Gloria episcopi. ⁊. c. Si illi. et peccāt mortaliter nō tñ quia pauperibus subtrahunt: sed etiam qz in turpibus psonis nō indigentib⁹ tribuūt vt. lxxxvj. dist. De venatorib⁹. ⁊. c. Donare. Et iō fornicarij ⁊ alie persone turpes siue quecūq; alie sunt nō indigentes recipiētes a psonis ecclesiasticis tenent restituerē ipsi ecclesie. Nisi fuerit forte eis datum causa elemosine i summa necessitate: qz tunc est debitū eoz. lxxxvj. dist. Pasce. Mi feater preamande corde ppende quādo fit talis restitutio a te et ab alijs tuis similibus. Rauissima est illa auis in terra nostra: cum tamen

dicat beatus Aug. Peccatum non dimittit nisi ablatum restituat. Omne peccatum delere contritio et confessio. Præ hoc peccatum quod nulla contritio delere potest nisi ei committatur restitutio si fieri potest: ad impossibile nemo obligatur. Sed tamen tale posse obligat sed ad puram mendicitatem. Qui habet aures audiendi audiat quid scriptura de talibus clericis dicat. Unde de ipsis loquitur Adam parisiensis subtilis doctor. Mutantur quorum iniquitas exadipe peccat: quia de christi inopia diuites facti sunt de christi ignominia gloriosi: de opprobrio honorati de seruitute nobiles: de contemptu venerabiles de angustia delicati decilicio sericati de patrimonio christi luxuriosi et superbi. Solliciti quidem non sunt de animabus: sed de aulibus: non de pauperibus: sed de canibus: lucris potius intenti execrandis quam sacramentis venerandis. nam de his dicit propheta David. In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabunt. Ideo tenui eos superbis. ps. lxxij. De hoc nota exemplum. Fecerunt duo canonici regulares mutuo se maxime diligentes qui etiam ad inuicem coniurauerunt ut qui prius de hac vita decederet alterum de statu suo certificaret. Cum autem vnus eorum mortuus esset ac alius de statu suo certificare vellet: apparuit ei dicens se eternaliter damnatum. Et ille interrogauit eum de penis. Et qui mortuus fuerat iactauit duas guttas de suo sudore in faciem alterius. Et cum ille quasi mortuus præ nimio dolore cecidisset dixit mortuus. Non time: quia non morieris de hac re. Et extrahens vnam litteram de sinu suo dedit illi. Cuius tenor talis erat. Præcipue inferni et rectorum tenebrarum. Uniuersis ecclesie prælatiis canonicis et presbyteris cuiuscumque status tam religionis quam secularibus tartaream salutem. Quonia

Capitulum

optime q̄ nostra sūt vobiscum sentitis et tot animas
trāsmittitis ad infernā q̄ via lata z spaciofa vix eas
capiat. Sciatis vos dignā habere retributionē ap̄d
nos in t̄pe oportuno. Cū vero ille cum stupore sic le-
gisset z q̄sisset ab eo si aliqd ei possit prodesse Illo ve-
ro dicēte q̄ nō mox disput. Ille vero viuens canoni-
cus suis reb⁹ ordinatis intrauit obseruatiā regularē
et fact⁹ est p̄batus monac⁹. **¶** Q̄ sagaciter iste cano-
nic⁹ fecit q̄ fortassis fuit similis i peccatis socio suo
iā heu dānatoyt intraret religionem p̄ omnibus pec-
catis tāq̄ veniēs ad secunduz baptisma. **¶** Uñ. Bern.
in tractatu de dispēsatiōe. z p̄cepto dicit p̄fessionē
sancte religiōis esse secundū baptisma. **¶** Et eādē gra-
tiā consequūtur religionē p̄batāz obseruatiā ingre-
diētes quā consequūtur baptizati baptismate salu-
tis quo ad dimissionē oīs pene pro peccatis. Culpa
vero dimittit̄ p̄ cōtritiōē veram z sufficientē z p̄fes-
sionē pure factā vni confessori qui habet talem au-
toritatē eundē absoluere ab omnib⁹ peccatis suis
et ab oīviculo excōicatiōis z irregularitat̄. Sic effi-
bñ absoluto z integraliter et post relinquitur solūmo-
do solutio pene q̄ totaliter tollitur, per professionē
sancti religionis etiam si esset pena mille annorum.
¶ Hō aut̄ ingressus religionis peccata sed solum con-
fessio z absolutio sufficiēs tollit. **¶** Mi frater consi-
dera z deuota mēte p̄tracta q̄ sapiēter hic criminō-
sus canonic⁹ fecit q̄ sic suam eternam penam cōmu-
tauit in sanctam obseruantiā regularem. Tu quoq̄
fac s̄l̄r z saluus eris. **¶** Dico notanter in sanctam ob-
seruatiā regularēz hec cuiuscūq̄ approbati ordi-
nis fuerit z sctā mater ecclesia vbi ista tria essentia-
lia, s. volūtaria paupertas / obdientia / z castitas re-

gulariter obseruant. Non enim valet neque predest alicui intrare monasterium seu ordinem ubi non viget regularis obseruatio / et structa omnium predictorum custodia. Magis potius dare se ad statum siue iter eterne damnationis quam saluationis / quia vouere et non reddere est eternam sibi damnationem acquirere. Magna enim est distantia inter monasterium reformatum et non reformatum. Et est certe tanta quanta est iter celum et infernum et est infinita / et nullo modo ad inuicem proportionata. Et hoc de decimo capitulo.

De duplici abusione clerici.

Capitulum. xi.

